

Scientia probatur ex cohabitatione, *decif. 43. lib. 6. n. 5. & decif. 24. num. 5.*
 Ex arcta sanguinis conjunctione, & cohabitatione probatur scientia, *decif. 45. lib. 7. n. 3.*
 Intelliga tamen de actibus successivis qui sunt domi, & oculari inspectione subsunt, non verò de momentaneis, qui per instrumenta celebrantur, *decif. 45. lib. 7. n. 4.*
 Scientia in genere idem operatur, ac scientia in specie, *decif. 89. lib. 10. n. 9.*
 Scientia præcisa requiritur ad hoc ut dicatur renunciatum fidei commissio, *decif. 89. lib. 10. n. 14.*
 Intellige, quando agitur de translativa, seu adiectione renuntiatione fidei commissi, secus autem si de acceptatione fidei commissi rectoris, sub quo supponatur bona antiquiori fidei commissio obnoxia, *decif. 89. lib. 10. n. 15.*
 Scientia testamenti paterni, & fidei commissi in illo præsumitur, maxime accedentibus circumstantiis, de quibus, *decif. 87. lib. 10. num. 7. & 8. & decif. 88. n. 9. & decif. 89. num. 9. & seqq. lib. eodem.*
 Scientia legati sibi relicti probatur ex confanguinitate, ac ex dilectione, & confidentia, que intercedebat inter legatarium, & testatorem, *decif. 33. lib. 11. n. 12.*

SCRIPTURÆ.

Scripturæ nulliter compulsæ probant, ubi concurrunt adminicula, & observantia, *decif. 11. lib. 3. n. 22. & decif. 12. num. 14. lib. eodem.*
 Et idem procedit in scripturis etiam informibus, *decif. 12. lib. 3. n. 10. & dec. 9. lib. 4. n. 29.*
 Oppositio contra legalitatem scripturæ facta nimis serotina, & post longam litem, non attenditur, *decif. 27. lib. 3. n. 13. & decif. 28. n. 13. lib. eodem.*
 Maxime si alias fuit in iudicio scriptura admilla, *dec. 28. lib. 3. n. 13. & decif. 29. lib. 3. n. 13.*
 Scriptura præsumitur subtrahæ ab eo, contra quem urgebat, *dec. 29. lib. 3. n. 13.*
 Limita, si agatur de processu remissoriali clauso, *dec. 29. lib. 3. num. 14.*
 Item si agatur de scriptura, que non remanet in publico officio, sed in domo privata, *decif. 29. lib. 3. n. 14.*
 Contra occultantem scripturas militat præsumptio, quod illæ sint ei adversæ, *decif. 11. lib. 7. n. 10. & decif. 1. lib. 9. n. 16. & decif. 45. n. 13. lib. eodem.*
 Scripturæ licet inferatæ, & transcriptæ reperiantur in aliquo antiquo summario, tamen si originaliter non exhibeantur, non probant, *decif. 32. lib. 10. n. 1.*
 Ad effectum tribuendi fidem scripturis informibus requiritur observantia, *decif. 3. lib. 6. n. 4.*
 Scripturæ quando sunt extrahendæ ab archivio publico, tunc nec requiritur citatio partis, nec compulsoria, *decif. 3. lib. 16. post n. 3.*
 Scripturæ informes, & si repositæ in archivio, tamen non exinde robur assument, *decif. 3. lib. 16. n. 5.*
 Scriptura etiam antiqua, si non excedat metram centum annorum indiget recognitione, *decif. 19. lib. 11. n. 1.*
 Sufficientem autem septuaginta anni, ubi non agitur de legalitate ipsius scripturæ, vel instrumenti, sed de recognitione characteris subscriptionis à partibus in eodem instrumento de se legali, exarata, *decif. 9. lib. 11. n. 2.*
 Et in hoc non attenditur tempus motæ litis, sed tempus recognitionis fuit apposta, *decif. 9. lib. 11. n. 3.*
 Si scriptura sit adminiculis fulcita, tunc probat absque recognitione, etiam si necessarium tempus non effluxerit, *decif. 9. lib. 11. n. 4. & 5.*
 Vido Productio.

SEDES, ET JUS SEDENDI.

Allegans consuetudinem, quod Vicarius non solet sedere in synodo post Episcopum, tenetur eam probare, *decif. 29. lib. 3. num. 5.*
 Refertur opinio, quod Vicarius in synodo non debeat præcedere capitulum, *decif. 29. lib. 3. n. 5.*
 Contraria opinio recensetur, *ibid. n. 6.*
 Pro hac secunda opinione adest declaratio Summi Pontificis, nisi contraria adit consuetudo, unde hæc est attendenda, *decif. 29. lib. 3. n. 7.*
 Et dicta præservatio consuetudinis intelligitur de quadragenaria *decif. 29. lib. 3. n. 8.*
 Et hæc consuetudo inchoari non potuit absente, & non existentem Vicario, *decif. 29. lib. 3. n. 9.*

SENTENTIA.

Sententia transit in iudicatum, si iudex det reverentiales in forma, & intra decem dies commissio non impetretur, *decif. 5. lib. 2. n. 1.*
 Sententia non transit in iudicatum, quando est iniusta, *decif. 5. lib. 2. num. 2. & decif. 8. num. 1. lib. 4. & decif. 11. lib. 5. num. 7. & decif. 13. lib. 10. num. 4. & decif. 23. lib. 11. num. 14.*
 Sententiaæ rotales declarantur à decisionibus in causa ecclis, *dec. 8. lib. 2. n. 13.*
 Sententia etiam nulla ex defectu jurisdictionis, tamen multum deservit ad probandum factum antiquum, *decif. 18. lib. 3. num. 6.*
 Sententia occupata impugnari amplius non potest, *dec. 18. lib. 3. n. 7. & dec. 22. n. 12. lib. eodem.*
 Sententia antiqua probat etiam sine actis, *decif. 22. lib. 3. n. 11. & decif. 28. lib. 12. num. 12.*
 Sententia reventa in Archivio Capituli, antiqua, & observata probat, licet non inveniantur originale, *decif. 22. lib. 3. num. 13. & dec. 22. n. 1. lib. eodem.*
 Sententia debet justificari ex iisdem actis, quando est executioni demandata, ita ut scripturæ denique productæ non sufficiant, *dec. 7. lib. 4. n. 2.*
 Sententia lata per Vicarium Ecclesiam contra ipsam Ecclesiam magnam habet juris præscriptionem, *decif. 10. lib. 4. num. 13.*
 Sententia lata contra plures fratres sublinetur cum citatione executæ contra solum fratrem majorem, qui negotia communia gerebat, *decif. 26. lib. 4. n. 2. & 3.*
 Sententia nullitatem si allegat non potest actor, quatenus succubuit, ita nec potest reus qui succubuit, *dec. 26. lib. 4. num. 4.*
 Sententia dicuntur inter se conformes, si una alteram confirmet, *decif. 46. lib. 5. n. 4. & decif. 25. lib. 11. n. 4.*
 Sententia validitas probatur ex revocatione actorum, *decif. 46. lib. 5. n. 6. & decif. 47. lib. 6. n. 1. & decif. 75. lib. 10. num. 5. & decif. 81. n. 1. lib. eodem.*
 Adversus sententiam, validam & iustam non datur restitutio in integrum, *decif. 15. lib. 6. n. 1.*
 Sententia sine actis non probat, *decif. 37. lib. 6. num. 13.*
 Sententia inter alios lata tertio, etiam cõeguale jus habenti, non præjudicat, *decif. 37. lib. 6. n. 14.*
 Sententia in diverso casu emanata allegari non potest, *decif. 3. lib. 7. num. 15.*
 Sententia plene probat contra eam, ad cuius favorem lata fuit, & qui eam produxit, illaque usus fuit, *decif. 5. lib. 8. num. 2.*
 Si sententiam subsequatur uniformis observantia, censetur ex hac sententia ipsa acceptata, *decif. 5. lib. 9. num. 14. & decif. 28. lib. 11. n. 13.*
 Ex non ulu sententiæ, & observantia illi adversativa præsumitur consensus interesse habentis, qui eam ex consuetudine abrogari promiserit, *decif. 26. lib. 12. n. 11.*
 Sententia executioni non demandata, possessione non privat, *decif. 27. lib. 9. n. 10.*
 Due sententiæ vigore statuti urbis inter cives & incolas habent vim trium, *decif. 60. lib. 9. n. 1.*
 Sententia lata contra unum non afficit alium ex propria persona, & jure venientem, *decif. 11. lib. 10. n. 2. & decif. 73. n. 18. lib. eodem.*
 Sententia absque citatione prolata est nulla, *decif. 11. lib. 10. n. 3. & decif. 20. lib. 14. n. 4.*
 Sententia recipit interpretationem à libello, & petitione, *decif. 73. lib. 10. n. 17.*
 Sententia nulla non computatur in numero, *decif. 75. num. 1. lib. 10.*
 Sententia posterior debet revocare primam nullam, alias & ipsa corruit, *decif. 75. lib. 10. num. 6. & decif. 29. lib. 11. num. 5.*
 Procedit conclusio, quando iudex ad quem procedit tamquam in secunda, nisi tamquam in prima, *decif. 75. lib. 10. n. 6. & decif. 11. lib. 11. n. 9.* ubi maxime si in commissione adit clausula *quomodo, et quomodo.*
 Quando prima sententia est notorie nulla, tunc neque est opus illam revocare, *decif. 75. lib. 10. n. 7.*
 Quando de prima sententia non fuit in actis oppositum per viam exceptionis peremptoria, tunc non est necesse illam revocare, *decif. 28. lib. 11. n. 5. & decif. 29. n. 7. lib. eodem.*
 Sententia iusta est executioni demandanda, *decif. 103. lib. 10. n. 20.*
 Injussa exequi non debet, *decif. 10. lib. 12. n. 1.*

Bono-

Bononiæ vigore Constitutionis Gregorianæ, duæ sententiæ valide, & iuste faciunt remediata, & id procedit etiam in foro, & personis Ecclesiasticis, *decif. 25. lib. 11. num. 1.*
 Quamquam sententiæ sint late in Curia, & sint revocatorie altius de partibus, quando hic in Curia non fuit processum, prout in prima, sed per viam appellationis, nam attenditur statum loci, nisi lis fuit inchoata, *decif. 25. lib. 11. num. 2. & seqq.*
 Sententia lata super flatu contra legitimum contradicentem, afficit etiam non citatos, *dec. 26. lib. 4. n. 14. & decif. 73. lib. 10. num. 15. & decif. 81. n. 2. lib. eodem. & dec. 28. lib. 12. n. 11. & decif. 14. lib. 4. num. 19. & dec. 35. num. 5. & decif. 16. num. 12. & decif. 18. num. 14. lib. eodem.*
 Limita, si jus non citatorum sit diversum ab illo citati, *dec. 73. lib. 10. num. 16. & decif. 81. num. 4. lib. eodem.*
 Sententia non afficit non citatum, *decif. 29. lib. 11. num. 6.*
 Sententia iniusta non privat aliquem iura possessione, *decif. 20. lib. 14. num. 1.*
 Licet ex dualis sententiis una contineat summam majorem, & altera minorem, quoad minorem utraque dicitur conformis, *decif. 25. lib. 14. num. 1.*

SEPARATIO THORI.

Pendente iudicio super separationem Thori, mulier tenetur præstare viro obsequia matrimonialia, *decif. 12. lib. 14. num. 1.*
 Limitatur, quoties ex causa fidei viri speratio à muliere petitur, & probationes super ea fuerint prompte coram iudice exhibitæ, *decif. 12. lib. 14. num. 2. & decif. 13. num. 1. lib. eodem.*
 Et procedit limitatio, quamquam iudex dignoscit, quod probationes pro effectiva, & perpetua separatione Thori sint inefficaces, *decif. 12. lib. 14. num. 3.*
 Mulier non est viro restituta, si inter eos adhuc considerabiles pendet lites, *decif. 12. lib. 14. num. 4. & 5. & dec. 13. num. 2. lib. eodem.*
 Etiam si vir favorabiles reportaverit sententiæ, quando ab istis pendet appellatio, *decif. 12. lib. 14. num. 3. & 4.*
 Text. in cap. & transmissa, & in cap. litteras de restitut. spoliatorum, procedunt, quando mulier propria auctoritate à viro diverit, non autem quando annuente viro, & iudice vel Principe autorizante discessit, *decif. 12. lib. 14. num. 6.*
 Relevancia probationum in causis separationis Thori, in arbitrio iudicantis reponitur, *decif. 12. lib. 14. num. 7.*
 Servitia, ut causare possit Thori separationem, debet esse intolerabilis, & gravis, *decif. 12. lib. 14. num. 8. & decif. 13. lib. 15. lib. eodem.*
 Et tales debent esse actus, ex quibus implacabile odium viri sentientis, & rationabilis metus mulieris reclamations promoment, *decif. 12. lib. 14. num. 9. & decif. 13. num. 5. lib. eodem.*
 Metus tunc dicitur ad hunc effectum iustus, si actus etiam constantes timere faciant, *decif. 12. lib. 14. num. 10.*
 Mulieres pauperes, & ancillæ uxoris non probant in causa separationis Thori, in qua concludentes exoptantur probationes, *decif. 12. lib. 14. num. 11.*
 Animi alienatio, que potest referri, vel ad ætatis disparitatem, vel ad aliquod leve inter conjuges contingibile iurgium, non præstat argumentum levitatis ad hunc effectum, *decif. 12. lib. 14. num. 12.*
 Arcta custodia mulieris, & prohibitio ne extra domum vagaretur, alique adus provenientes ex nimia zelotypia, non concludunt levitatem sufficientem ad Thori separationem, *decif. 12. lib. 14. num. 13. & seqq.*
 Simplex, & unica percussio non sufficit, cum requiratur actuum frequentia, *dec. 12. lib. 14. num. 18.*
 Aggressio cum ense tunc est sufficiens ad separationem Thori, quando in aggressore probetur animus ferendi, vel occidendixorem, secus si talis animus cesset, *decif. 12. lib. 14. num. 19. & 20.*
 Sævicia non probatur ex minis, si non iustificetur, quod vir sit nature terribilis, & quod minis exequi consueverit, *decif. 12. lib. 14. num. 22.*
 Præsertim si emanaverit à viro discreto, & qualificato, *dec. 12. lib. 14. num. 22.*
 Excessus viri inipinatus, & non consuetus, non probat sævitiæ, *decif. 12. lib. 14. num. 24.*
 Levis, & moderata uxorum castigatio, viris licita est, *decif. 13. lib. 14. num. 6.*
 Reconciliatio si fuerit inter conjuges sequuta, actus antecedentes

censetur remissi, nec attenduntur ad probationem sævitiæ, *decif. 12. lib. 12. lib. 14. num. 25.*
 Maxime si antecedentes amaritudines processerunt ex levibus causis, *decif. 12. lib. 14. num. 26.*
 Lites civiles inter virum, & uxorem, prebere non possunt iustam causam separationis Thori, si ex illis orta non sit irreconciliabilis inimicitia, & capitale odium, *decif. 12. lib. 14. num. 17.*

SEQUESTRUM.

Sequestrum inhihet, ut res sequestrata alicui tradi, & consignari non possit, *decif. 14. lib. 6. num. 5.*
 Sequestrum magis proprie, & facilius debet poni super mobilibus, propter facilem eorum dispersionem, & occultationem, *decif. 8. lib. 7. num. 1.*
 Ad evitandum sequestrum non sufficit cautio juratoria oblata à persona, qui possidet bona restitutionis obnoxia, *dec. 8. lib. 7. num. 2.*
 Creditores quibus nulla compellit defensio, non sunt citandi in appositione sequestri, sed sufficit, ut citetur principalis possessor, *decif. 40. lib. 10. num. 1.*
 Iudicium incipere debet à sequestro, *decif. 40. lib. 10. num. 2.*
 Limita, quando constat de vatio, & nullitate possessionis, quia hæc quocumque tempore sequestrari potest, *decif. 40. lib. 10. num. 2.*
 Maxime quando adest timor dilapidationis, *decif. 40. lib. 10. num. 3.*
 Vel etiam quando fructuum recuperatio redditur valde difficilis, *decif. 40. lib. 10. n. 3.*

SERVITUS.

Servitus non probatur, nisi constet de expressa conventionione, & pacto, vel de legitima præscriptione, *dec. 1. lib. 4. num. 10.*
 Ut acquiratur servitus prohibitive ex conventionione, hæc debet esse clara, & continere causam perpetuam, alias non transit in singularem successorem, *decif. 1. lib. 4. num. 11.*
 Multoque minus in heredum fideicommissarium, *decif. 1. lib. 3. num. 12.*
 Rem servitutis, & oneri subiectam an quis possit mediante pretio liberare, etiam coactivè, *vide decif. 32. lib. 4. num. 10. ubi aff. firmative, maxime si concurrat causa pia.*
 Debet autem in tali liberatione solvi pretium habito respectu ad veram rei æstimationem, *decif. 32. lib. 4. num. 13.*
 Servitus est accidentalis habitudo, & extrinseca qualitas predii, *decif. 25. lib. 7. num. 3.*
 Servitus pascendi, *Vide Jus pascendi.*

SIGNATURA.

Auditor Eminentissimi Cardinalis Præfecti signaturæ non solum habet facultatem, & jurisdictionem in iis causis, in quibus proceditur per viam appellationis, sed etiam in levioribus, in quibus proceditur per viam recursus, ideoque potest recursum admittere, & denegare à sententiis, seu decretis latis in Tribunalibus Vicarii, gubernatoris, & A. G. alioque adnotantur circa jurisdictionem, & præminentias utriusque signaturæ, tam iustitiæ, quam gratiæ in discursu unico, *per rotam fol. 498. tom. 2.*
 Constitutio Innocentii XII. super electione votantium signaturæ iustitiæ, & indulto eis concessio defendendi Rocchettum, & Cappam, habetur *lib. 15. fol. 406.*

SIMULATIO.

Simulationis exceptio non admittitur, nisi probetur causa simulandi, *decif. 1. lib. 1. num. 7. & decif. 5. num. 26. lib. 5.*
 Simulatio excluditur si actus publicus, & palam, ac auctoritate iudicis expletus fuerit, *d. decif. 1. lib. 1. num. 9.*
 Rursum excluditur, si non adit necessitas simulandi, *d. decif. 1. lib. 1. num. 10.*
 Simulationis suspicio eliminatur ex qualitate contrahentium, *d. decif. 1. lib. 1. num. 11.*
 Contractus emptionis dicitur simulatus, si adhuc venditor in possessione permansit, *decif. 5. lib. 5. num. 20. & 56. cum seqq.*
 Limita, si adit sublequens locatio, *decif. 5. lib. 5. num. 39.*

SOCIETAS, ET SOCIUS IN GENERE.

Socius ad ratam effectivae participationis tenetur ad damna, & onera societatis, decif. 7. lib. 2. nu. 20. De natura societatis est, ut lucra, & damna promiscuo sociorum commodo, vel incommodo cedant, dec. 16. lib. 14. num. 3. Socius adversus consocium non praescribit, decif. 17. lib. 14. num. 9.

SOCIETAS OFFICII.

Societas officii de sui natura non exigit, ut socius dans officiali pecuniam, admittatur ad condominium officii, decif. 3. lib. 2. num. 5. Fructus societatum officiorum Innocentius XI. reduxit ad octo pro centenario, decif. 21. lib. 4. num. 6. Societas officii potest contrahi cum fructibus primae redactis in novum capitale, decif. 14. lib. 5. num. 6. Vide Officium.

SOCIETAS UNIVERSALIS, SEU OMNIUM, BONORUM.

Inter socios omnium bonorum bona unius remanent hypothecata pro debita alterius, decif. 27. lib. 9. num. 12. Communio omnium bonorum probatur, cum per testes dependentes de promissa, & indivisa bonorum communicatione, cum ex dotibus assignatis ab uno filio aliter, tum ex venditionibus facti communi nomine, & ex negotiatione simul exercita, decif. 29. lib. 9. num. 13. Ad inducendam societatem universalem, ultra convictum, & communicationem lucrorum exigitur quoque, quod nunquam fuerit reddita ratio, decif. 27. lib. 9. num. 14. Quoties tamen de ea non constat, vel doceatur, praesumitur non intervenisse, decif. 27. lib. 9. num. 15.

SOLEMNITATES.

Solemnitates statutariae requiruntur etiam in remissione debiti, decif. 17. lib. 6. num. 8.

SOLUTIO, ET SOLVENS.

Solutio facta in causam expressam non potest ad aliam referri, decif. 33. lib. 4. nu. 12. & 15. & dec. 50. lib. 6. nu. 38. & decif. 35. num. 5. lib. eodem. Solutio prius credit in extinctionem fructuum, decif. 30. lib. 5. nu. 7. & decif. 21. num. 4. lib. eodem. & decif. 14. lib. 6. nu. 13. & decif. 17. nu. 8. lib. eodem. & decif. 31. lib. 7. nu. 14. & decif. 32. num. 1. lib. eodem. Si quis promittit solvere quantitatem pecuniae in certa specie, pecunia dicitur esse in obligatione, & species in solutione, dec. 13. lib. 6. num. 6. & decif. 21. num. 5. lib. eodem. Solvens debitum alterius, habet repetitionem contra debitorem, decif. 15. lib. 6. num. 2. Etiam si nullam reportaverit iurium cessionem, cum possit agere utili actione negotiorum gestorum proveniente ab aequitate, qua non patitur, ut quis cum aliena iactura locupletetur, decif. 15. lib. 6. num. 5. & 6. & decif. 16. nu. 6. lib. eodem. Limita in emptore solvente ex pretio rei emptae debita venditoris, decif. 16. lib. 6. num. 2. Quod solvens pro alio non possit petere fructus, & accessiones, nisi agatur de fructibus intrinseci debitis ratione domini rei fructiferae, decif. 16. lib. 6. num. 10. & 12. Quando autem reportavit iurium cessionem, tunc abque dubio potest solvens a debitore repetere solutum, decif. 22. lib. 6. num. 1. Solutio refertur ad debitum antiquius, quod dicitur habere causam duriorum, decif. 27. lib. 6. num. 9. Non credit solutio in causam debiti fructifera, quando alia aderat causa infructifera, & debitor post solutionem continuavit fructus perolvere, decif. 27. lib. 6. num. 10. Complicatio, seu comprehensio unius minoris partiae, seu solutionis in alia majori, ex quibus inferatur, adeo ut duae summae diversae pro una eademque summa reputentur, quamvis ex duplici diversa scriptura probentur, decif. 35. lib. 6. num. 1. & seqq. Inferitur autem dicta complicatio, si debitor de tempore solutionis certam summam tantum debebat, quam excessisset, si partitae

duplicarentur, decif. 35. lib. 6. num. 2. Et maxime si subductis rationibus debitor parvam summam, tantum anticipatae solutae, recepit; unde inverisimile fiat, quod longè majorem summam praeventivè solvere voluerit, decif. 35. lib. 6. num. 3. Anticipata solutio pecuniae nedum debet, non convenit debitori exigere fortunae, decif. 35. lib. 6. nu. 4. & decif. 36. nu. 13. lib. eodem. Magnae quantitates anticipatae solutio non praesumitur, decif. 35. lib. 6. nu. 5. & dec. 26. nu. 11. lib. eodem. Maxime si propterea in tempore sit notabilis, dec. 35. lib. 6. num. 6. Solutio in computorum solidatione facta per compimento, praesertim finalem computorum discussionem cum omnium praecedentium partiarum comprehensione, & excludit excessivam solutionem ultra summam debitam, decif. 25. lib. 6. nu. 8. & 9. & decif. 36. nu. 10. lib. eodem. Minor partia in majori complicata censetur, quando admittit complicationem solutionis correspondent debito, decif. 25. lib. 6. num. 10. Complicatio praesumenda est quando in generali computorum solidatione fuerunt etiam minime partitae supportatae, ita ut nulla subest ratio, cur considerabilis quantitas omnia fuerit, decif. 35. lib. 6. nu. 11. Diversitas temporis, quantitatis, & personarum, ostendit diversitatem partiarum, decif. 35. lib. 6. nu. 13. & decif. 36. nu. 1. & seqq. lib. eodem. Declaratur id procedere in dubio, non autem quando ex conjecturis identitatis demonstratur, decif. 35. lib. 6. nu. 13. & decif. 36. nu. 1. & seqq. lib. eodem. Complicatio summatarum non praesumitur, quando ex ea sequeretur, quod creditor pauper creditum, inexactum reliquisset, decif. 29. lib. 6. nu. 15. Fallit, si talis praesumptio contraria facti veritate tollatur, dec. 35. lib. 6. nu. 16. Solutio duplicata dicitur, si de ea appareat ex diversa scriptura, decif. 36. lib. 6. nu. 1. Idque procedit, si ve agatur de instrumentis actualium solutionum, si ve de simplicibus confessionibus de recepto, decif. 36. lib. 6. num. 2. Maxime si adiungatur diversitas temporis, & summae, dec. 36. lib. 6. num. 3. Prima solutio non continetur in secunda confessione, si partes id non exprimat, decif. 36. lib. 6. num. 4. An solutiones praesumuntur plures, vel unica, etiam si appareant ex diversis scripturis, est res, quae integrè reponitur in arbitrio iudicantis, qui pensatis conjecturis, & circumstantiis hinc inde, sibi magis probabiliorem opinionem admittere debet, decif. 36. lib. 6. num. 9. Sola praesumptio desumpta ex inverisimilitudine anticipatae solutionis non destruit probationem duplicatae solutionis resultantem ex duplicata scriptura, decif. 36. lib. 6. num. 11. Declaratur, quod praedicta conclusio procedat, quando ut unice concurrat inverisimilitudo anticipatae solutionis, secus autem si jungantur debitoris paupertas, & impotentia, nec non istius mora in caeteris solutionibus, decif. 36. lib. 6. num. 12. & 13. Praesumptio super duplicata solutione promanans a pluralitate scripturarum, potest contraria probatione etiam conjecturali elidi, decif. 36. lib. 6. num. 14. Nec illi malum roboris addit diversitas summae, cum ista semper concurrat, quando agitur de complicatione summae minoris in majori, decif. 36. lib. 6. num. 15. Minuque est considerabilis diversitas temporis, quando pauci intercesserunt dies inter unam & alteram scripturam, decif. 36. lib. 6. num. 15. Diversitas quoad modum solutionis non dicitur adesse, si in una scriptura asseritur intervenisse numeratam pecuniam, in alia vero depositum; nam illa verbe in numerata pecunia non sunt tria verba notario, quasi quod de numeratione te rogaverit, sed importat meram confessionem creditoris pecuniae satisfactionem fatentis, & mentio depositi est comparabilis cum schedala aliquis banchi, quae numeratæ pecuniae aequivalet, decif. 36. lib. 6. num. 16. Solutio dicitur facta in causam preambulae obligationis, si alia non adest causa, ad quam referri possit, decif. 37. lib. 6. num. 2. & decif. 3. lib. 7. num. 19. Etiam si dies solutionis adhuc non advenerit, quia de iure quos non prohibetur ante diem solvere, decif. 27. lib. 6. num. 3. Solutio referri non potest ad debitum adhuc non maturatum, quando alterum aderat, quod tunc solvi debebat, decif. 37. lib. 6. num. 4. Solvens cum pecuniis debitoris, nullum jus, nullamque actio-

adione acquiritur, decif. 37. lib. 6. num. 5. Solutio non potest referri in causam fructuum, quando illi tunc non debebantur, decif. 50. lib. 6. num. 36. Item si expressè facta fuerit in causam fortis, decif. 50. lib. 6. num. 38. & decif. 31. lib. 7. num. 16. & decif. 32. nu. 2. lib. eodem. Si iudex mandavit, ut quantitas solvenda deberet reinvestiri, signum evidens, quod non cedebat in causam fructuum, decif. 50. lib. 6. num. 24. Solvens potest declarare, in quam causam solutionem fecit, dec. 78. lib. 7. num. 18. Solutio in dubio credit in causam fortis, quando creditum fructuum est dubium, & illiquidum, decif. 31. lib. 7. num. 1. & 2. & decif. 42. num. 12. lib. eodem. Creditor acquiescens decreto iudicis mandantis recipi in causam fortis, & illius vigore pecuniam exigens recipi in casu potest, quin solutio in causam fortis cesserit, decif. 31. lib. 7. num. 8. Etiam si exactio facta fuerit a Procuratore, & principalis pecunias receperit, & investiverit ad formam decreti, decif. 31. lib. 7. num. 10. Si ex post fuerint fructus petiti, & exacti, signum evidens, quod antecesserit solutio cesserit in causam fortis, decif. 31. lib. 7. num. 12. Ad dignoscendum in quam causam cesserit solutio judicialis, non est attendenda petitio creditoris, sed decretum iudicis, decif. 31. lib. 7. num. 17. & decif. 32. num. 10. lib. eodem. Quando solutio processit de mandato iudicis, tunc respectu solventis nulla iniustitia considerari potest, decif. 31. lib. 7. num. 41. Solutio facta a conto, agnationem debiti absolute non importat, & etiam si agatur de solvente, qui probabiliter qualitatem, & quantitatem sui debiti sciebat, decif. 3. lib. 8. num. 9. Solvens non tenetur esse sollicitus de versione, quoties tale onus recipienti, & non solventi iniunctum fuit, decif. 99. lib. 10. num. 7.

SOLUTIO PRÆSUMPTA.

Statutum urbis ex lapsu 16. annorum inducens praesumptionem solutionis, non procedit, quando creditor fuit absens, nec valuit sua iura experiri, decif. 22. lib. 6. num. 7. Tempus sexdecim annorum non completur, nec currit contra minores, & pupillos ad praedictum effectum, decif. 22. lib. 6. num. 7. Ignorantia datur restitutio in integrum adversus hanc statutariam praesumptionem, decif. 22. lib. 6. num. 7. Sed ignorantia debet esse probabilis, & iusta, decif. 43. lib. 7. num. 11. & 12. Solutio praesumitur, si ille, qui se pretendebat creditorem passus fuit pro alio debito relaxationem mandati, & executionem abque eo, quod compensationem opposuisset, decif. 37. lib. 6. num. 8. Quando de credito constat ex publico instrumento, tunc solutio non praesumitur, sed debet de ea constare per aliud instrumentum, decif. 38. lib. 6. num. 22. & decif. 39. nu. 9. lib. eodem. Vel si illa pretendatur deduci ex conjecturis, illae debent esse perneceffes concludentes, decif. 38. lib. 6. num. 6. & lib. 39. num. 4. lib. eodem. Solus lapsus temporis non sufficit ad arguendam solutionem, nam alias esset frustratoria praescriptio, ideoque talis conjectura admodum levis reputatur, decif. 38. lib. 6. nu. 7. & 9. & decif. 39. num. 5. lib. eodem. Praesertim si usque ad mortem creditoris pauci intercesserint anni, decif. 38. lib. 6. nu. 8. & decif. 39. nu. 5. & decif. 40. num. 2. lib. eodem. Et libidine agatur contra pupillum, & haeredem, quorum taciturnitas potest referri vel ad imbecillam aetatem, vel ad ignorantiam, decif. 38. lib. 6. num. 10. & decif. 39. num. 5. & decif. 40. num. 2. lib. eodem. Qualitas creditoris non soliti tenere pecunias otiosas nihil excludit, si creditorum paria honestas uturas, & haec proprie non est conjectura, sed qualificatio taciturnitatis, decif. 38. lib. 6. num. 13. & decif. 40. num. 5. lib. eodem. Solutio non probatur ab excellentia aetate penes debitorem, si ista ad eum pervenire potuit alio medio, quam per solutionem, decif. 38. lib. 6. num. 16. Conjecturae solutionem excludentes magis urgent, quam illae quae pro solutione favent, decif. 38. lib. 6. num. 17. Solutionis praesumptio excluditur, si debitor, quando partem de-

biti soluti, quietantiam reportavit, quia similiter fecisset, si residuum solvisset, decif. 38. lib. 6. num. 19. Item ex solito debitoris non solvendi alia debita, decif. 38. lib. 6. num. 21. & decif. 39. num. 8. lib. eodem. Solutio potest praesumptioibus & conjecturis probari, decif. 39. lib. 9. num. 3. Opulencia debitoris, ac creditoris egestas, nec non solertia in exigendo, & procrastinatio usque ad mortem informatorum, non sunt conjecturae de per se distinctae, sed potius qualificanc taciturnitatem, decif. 39. lib. 6. nu. 7. Solutio excluditur, si creditor fecit mentionem de ejus credito in testamento, decif. 39. lib. 6. nu. 10. & dec. 40. nu. 6. lib. eodem. Item si debitoris haeres passus fuerit esse debitorem, decif. 39. lib. 6. nu. 11. & decif. 40. nu. 6. lib. eodem. Creditoreis paupertas ad praedictum effectum non probatur ex simplicibus fideibus, decif. 40. lib. 6. nu. 4. Lapsus temporis, & taciturnitas inducit praesumptionem solutionis, decif. 43. lib. 7. nu. 8. Item opulencia debitoris, & creditoris paupertas, decif. 43. lib. 7. num. 9. Item si expectata fuerit mors debitoris informati, decif. 43. lib. 7. nu. 10. Solutio praesumitur, ex quo praetensus creditor a debitore pecuniam mutuo acceperit, decif. 45. lib. 9. num. 15. Contentus esse debitorum, praesumitur de suo antecedenti credito satisfactus, decif. 8. lib. 11. nu. 10. Quod confessio debiti non inducat praesumptionem satisfactionis antecedentis crediti, decif. 9. lib. 11. nu. 8. Procedit haec conclusio in simplici confessione vel approbatione, non autem quando facta calculorum, exhibitio, & sequuta illorum diligens visio, & approbatio, decif. 9. lib. 11. num. 9.

S P O L I U M.

Spoliato debetur manutentio ex civili possessione, decif. 5. lib. 3. num. 2. Ex violenta occupatione possessionis oritur probatio super praeventiva possessione spoliati, super privatione spoliantis, decif. 5. num. 16. lib. 3. Spoliato est succurrendum remedio reintegrations, decif. 6. lib. 4. num. 8. & decif. 7. num. 1. lib. eodem. Spoliato competit manutentio, & quatenus opus sit, reintegratio, decif. 8. lib. 4. num. 13. Constitutio Innocentii XII. super exemptione Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Prelatorum inferiorum Regni Neapolis a spoliis antea ad Cameram Apostolicam spectantibus, & imposterum in beneficium Ecclesiarum applicandis, habetur lib. 15. fol. 409.

S P O N S A L I A.

Actus gesti in sequelam sponsalium, indicant conjugum praeventivum consensum, decif. 41. lib. 6. nu. 10. Filius praesumitur cercioratus a patre de sponsalibus pro initiis, decif. 41. lib. 6. num. 12. Ad hoc ut sponsalia dicantur contracta, requiruntur clara, & aperta verba, nec sufficit, quod filia patri interroganti respondeat, sicut a quibus tantis, sicut alia farò, & vatterà, decif. 6. lib. 14. num. 2. Et dicta verba ad summum possunt importare consensum de coarctandis sponsalibus in futurum, qui non inducit obligationem de illis in eundis, nec intrat coactio per Sacros Canones praescripta, decif. 6. lib. 14. num. 3. Sponsalia obligatoria contracta non dicuntur, si uterque conjux praetens non sit, decif. 6. lib. 14. num. 4. Sponsalia facta in absentia conjugis non possunt dici ab isto ratificata ex actibus, qui tribui possunt cause amoriae servitutis juxta consuetudinem regionis inter amatos permixtae, decif. 6. lib. 14. nu. 5. Si post sponsalia alter ex sponsis dixerit se nolle contrahere matrimonium, & ex hoc censetur restituta alio sponso libertas nubendi, cui maluerit, decif. 6. lib. 14. num. 6. Nec potest sponsus a dissensu praedictio recedere in praedictum alterius, decif. 6. lib. 14. nu. 7. Quando post sponsalia inter sponfos supervenerunt graves turbationes, & dissidia, quae odium probabiliter excitare poterunt, tum sponsalibus non obstantibus restituitur sponso primava libertas, decif. 6. lib. 14. num. 8.

STATUTUM IN GENERE.

Statutum non comprehendit ea, de quibus non loquitur, *decif. 8. lib. 2. num. 20.*
 Statutum limitat loquens de certa re, aliam non comprehendit, quæ diversam habet qualitatem, & *decif. 1. lib. 2. num. 21.*
 Statutum est strictè interpretandum, *decif. 8. lib. 2. nu. 22.*
 Statutum mentionem faciens de aliqua re, adjecta peculiari qualitate, non trahitur ad ea, quæ talem qualitatem non habent, *decif. 9. lib. 2. num. 4.*
 Statutis, & ordinationibus laicorum editis pro bono publico æquitas suadet, ut Ecclesiastici per suos superiores submittantur, *decif. 2. lib. 4. num. 1.*
 Statutum laicale non comprehendit contractus juratos, *decif. 30. lib. 7. num. 5.*
 Intellige conclusionem, quando statutum vel non loquitur de contractibus juratis, vel faciendi mentionem super illo, dicitur disponat, *decif. 30. lib. 7. num. 6.*
 Secus autem si statutum principaliter, & directè non super juramento, sed super contractibus disponat, eos irritando, & præsumendo simpliciter, quod juramentum fuerit dolo, & metu extortum; hoc enim casu ejus dispositio extenditur etiam ad contractus juratos, *decif. 30. lib. 7. num. 7. & seqq.*
 Et hæc opinio maximè procedit, quoties statutum concernit publicam utilitatem, & minorum indemnitatem, intenditque fraudibus oviare, *decif. 30. lib. 7. num. 11.*
 Testatoris voluntas præsumitur uniformis cum patrio statuto, *decif. 26. lib. 9. nu. 12.*
 In statutis multum rubrica attenditur, & hæc quoque est sufficiens pro decisione causarum, & deservit ad interpretationem nigri, *decif. 29. lib. 9. num. 12.*
 Rubrica statuti generalibus verbis concepta informari debet ex ratione, & causa finali in nigro adjecta, *decif. 31. lib. 9. num. 6.*
 Statutum patriæ attenditur, & non illud loci, in quo fuit conditum testamentum, quando testator in tali loco degit accidentaliter, nec contraxerat domicilium, imò ex post revertitur ad patriam, ibi fecit codicillos, se denominando de tali patria, *decif. 36. lib. 9. nu. 13. & seqq. & dec. 37. à num. 4. lib. eodem.*
 Si autem quis diu à Patria absit in alio loco, diu permanens ibi mortuus sepultusque erit, bona emittit, incolatum acquisivit, hoc casu censetur se voluisse conspire cum statuto loci, ubi degit, & non cum illo patriæ, *decif. 61. à nu. 2. lib. 9. & dec. 62. nu. 6. & 7. lib. eodem, & decif. 71. lib. 10. num. 23.*
 Licet ad effectum arguendi voluntatem conformem legi, & statuto loci, in quo quis degit, requiratur actus, qui præcedat contractum, vel percutiant illius tempus; tamen id non procedit, quando agitur de arguenda voluntate difformi à patrio statuto, nam ad hunc effectum etiam actus subsequenti attenduntur, & maximè si agatur de testamento, *decif. 61. lib. 9. num. 5. & 6. & decif. 62. num. 14. lib. eodem.*
 In minori, & dispositionis statutarie ignaro, non potest præsumi uniformitas voluntatis, si à Patria absit, *decif. 61. lib. 9. nu. 2. & decif. 61. nu. 4. & 5. lib. eodem.*
 Rigorosa domicilii prohibitio tunc exigitur, quando agitur de probanda uniformitate voluntatis, cum statuto loci, secus autem si de excludenda uniformitate cum statuto Patriæ, *decif. 62. lib. 9. num. 13.*
 Ad hoc ut quis dicatur se cum statutaria dispositione conformare voluisse, sufficit, ut expressè non declaraverit velle ab ea recedere, *decif. 36. lib. 10. num. 10.*
 Si testator se referat ad dispositionem juris, intelligitur de jure statutorio, & municipali, non autem de jure communi, *decif. 95. lib. 10. num. 5. & 6. & decif. 96. num. 3. & 5. lib. eodem.*
 Limita, si testator locutus fuerit *della ragione comune*, *decif. 96. lib. 10. num. 4.*
 Statutum de duabus locum sibi vindicat, si sententiæ sint iuste, non si iniuste, *decif. 11. lib. 10. nu. 1.*
 Quod una pars statuti sit alteri directè contraria, non est admittendum, *dec. 20. lib. 10. nu. 23.*
 Statutum novum non porrigitur ad contractus antecesserit gestos, *decif. 21. lib. 10. nu. 26.*
 Statutum non extenditur ad casum, qui est idem secundum juris fictionem, non secundum veritatem, *decif. 53. lib. 10. num. 5.*
 Casus omnium à statuto regulatur juxta dispositionem juris,

decif. 96. lib. 10. num. 2. & decif. 21. lib. 11. num. 10.
 Non dicitur autem casus omnibus ille, cui mens, & ratio statuti adaptatur, & convenit, etiam si esset casus raro contingibilis, *respons. 2. num. 265. & seqq. fol. 491. tom. 2.*
 Ad jus commune non recurritur, nisi in subsidium, & in iis, in quibus deficit statutum, *decif. 96. lib. 10. nu. 6.*
 Statutum loquens de fratre, potest ex conjecturis comprehendere etiam sorores, & quænam sint conjecturæ, *decif. 96. lib. 10. nu. 8. & seqq. & vide in verbo Frater.*
 Ubi eadem militat ratio statuti, non dicitur fieri extensio, sed comprehensio, *decif. 96. lib. 10. num. 18.*
 Et verba statuti adaptantur, tunc ejus dispositio locum habere debet, *respons. 2. num. 36. fol. 474. tom. 2. & num. 247. fol. 490.*
 Mens, & ratio statuti potissimè attendi debet, *dilectio resp. 2. num. 37.*
 Etiam verba non conveniunt, & impropianda forent, *d. resp. 2. num. 38.*
 Argumentum à contrario sensu passim admittitur in statutis, *resp. 2. num. 98. & 101. fol. 479. tom. 2.*
 Non statutum antiquum, sed novum, per quod antiquum fuit correctum, attendi debet, *decif. 2. num. 279. & seqq. fol. 492. tom. 2.*
 Ex quibus autem novum statutum dicitur correctorium, & abrogativum veteris, *respons. 2. num. 284. & seqq. fol. 492. tom. 2.*
 Confirmatio statuti facta ab Episcopo cum clausula *dammodo non sit præjudiciale juribus Episcopatus*, non est allegabilis in præjudicium Episcopalis Ecclesiæ, *decif. 14. lib. 14. nu. 4. & dec. 16. nu. 5. lib. eodem.*
 Statutum conditum absque consensu Episcopi, illi non præjudicat, *decif. 16. lib. 14. nu. 4.*
 Statutum quod Clericos. *Vide Clericos quoad statuta.*

STATUTA PARTICULARIA.

Ex statuto Anconitano dos feminarum excluditur loco legitime, *decif. 29. lib. 9. per tot.*
 Statutum Auximianum disponit, quod aliquo decedente absque legitima prole mater succedat in iis, quæ ad defunctum ex matris linea proveniunt, in aliis vero pater ex consanguineis ex latere paterno, *decif. 24. lib. 11. num. 1.*
 Statutum Bononiense annullat donationes sine certis solemnitatibus exaratas, & habet locum in donatione jurata, porrigitque vires etiam ad forenses Bononiæ contrahentes, *decif. 14. lib. 6. num. 27. & seqq.*
 Idem statutum in contrahibus minorum exigit licentiam antianorum, & tributorum plebis, *decif. 16. lib. 17. num. 7.*
 Sed hæc solemnitas suppletur ex præsentia Auditoris Vicelegati cum derogatione statuti specialiter deputati, *decif. 16. lib. 7. num. 8.*
 Idem statutum desert legitimam matri in solo usufructum, dummodo non transiverit ad secunda vota, *decif. 8. lib. 11. num. 6.*
 Statutum Casense redigit omnia bona emphyteutica, etiam de directo dominio Ecclesiæ, ad instar allodialium, *decif. 71. lib. 10. num. 10.*
 Idem statutum mandat, ut fratri defuncto succedant solum fratres, & matri atque avie reservat solum usufructum, *dec. 95. lib. 10. num. 3.*
 Et quoad tale statutum operetur, etiam ad favorem fororum, quando fratres non existunt, *decif. 96. lib. 10. à num. 8.*
 Statutum Florentinum excludit feminas à successione *respons. 1. ante nu. 3. fol. 455. tom. 2.*
 Statutum Maceratese requirit in contractibus minorum interuentum quatuor consanguineorum, decretum iudicis cum causæ cognitione, saltem per duos dies ante interpositionem, *decif. 30. lib. 7. num. 4.*
 DiQuam statutum extenditur etiam ad contractus juratos, *decif. 30. lib. 7. num. 12.*
 Statutum Perusinae habilitat majores viginti annorum ad contrahendum, *decif. 36. lib. 7. num. 1.*
 Desert lucrum dotale marito supersit in tertia parte dotis, *decif. 83. lib. 10. num. 7.*
 Et disponit, quod relictum ab uxore marito, in dictum lucrum imputetur, *decif. 83. lib. 10. num. 10.*
 Ex statuto Pisano dos feminarum excluditur loco legitime, *decif. 30. lib. 9. per totam.*
 Statutum Piteriense augeat legitimam filiorum & filiarum ad novem

novem ex decem uncis successione maternæ, *decif. 20. lib. 10. num. 21. & decif. 21. num. 24. lib. eodem.*
 Sed tamen respectu filiarum debet intelligi non extantibus masculis, *decif. 20. lib. 10. num. 23. & decif. 21. num. 24. lib. eodem.*
 Statutum Urbis cap. 15. lib. 1. loquitur de officiis amovibilibus, *decif. 2. lib. 2. num. 30.*
 Idem statutum cap. 125. lib. 1. loquitur de officiis non amovibilibus, *decif. 2. lib. 2. num. 31.*
 Statutum Urbis de duabus conformibus confitto de conformitate, validitate, & iustitia sententiarum inter lices, & incolas omnino observari debet, *decif. 46. lib. 5. num. 1. & decif. 60. num. 1. lib. 9.*
 Constituit annum vigesimum pro termino minoris ætatis, *decif. 88. lib. 10. num. 5.*
 Extenditur etiam ad Civitatem Veliternam, quæ est in districtu *decif. 24. lib. 10. num. 2. & 8. & decif. 25. num. 2. & decif. 26. num. 2. lib. eodem, & decif. 26. lib. 11. num. 10.*

STATUTUM CONTINUATIVUM POSSESSIONIS.

Statutum continuativum operatur, ut alter non possit inuente causam possidendi ad subvertendam continuationem, *dec. 107. lib. 10. num. 17.*
 Volens uti beneficio continuationis à lege, vel statuto demandatæ, teneat probare concursum qualitatibus à lege, vel statuto volitæ, *decif. 108. lib. 10. ante num. 1.*
 Statutum continuativum exigit, ut continuationem prætendens sit habilis, & capax de tempore apertæ successione, *decif. 108. lib. 10. ante num. 1.*
 Quando defunctus transfuit possessionem in alium, mediante clausula constituiti, tunc statutum continuativum operari non potest, *decif. 24. lib. 12. num. 10.*
 Maxime si constituto addita sit clausula ex nunc prout ex tunc, *decif. 24. lib. 11. num. 11. & 12.*
 Statutum continuativum non operatur in instanti mortis, *decif. 24. lib. 11. num. 11.*
 Sed requiritur, ut heres declaret velle adire hæreditatem, *decif. 24. lib. 11. num. 14.*
 Et hæc declaratio non retrorahitur ad tempus mortis in præjudicium alterius possidentis, *decif. 24. lib. 11. num. 15.*

STATUTUM EXCLUSIVUM FOEMINARUM.

Statutum exclusivum feminarum clericum, illiusque bona non comprehendit, *decif. 26. lib. 6. num. 8.*
 Statutum Urbis lib. 1. cap. 146. excludit forem dotatam à successione fratrum, *decif. 52. lib. 6. num. 2.*
 Ad constituendam dotem femine à statuto exclusæ attenditur tempus, & status rerum de tempore dotationis, non de tempore obitus patris, *decif. 52. lib. 6. num. 4.*
 Statutum exclusivum feminarum dicitur conditum pro conservatione agnationis, *decif. 36. lib. 9. num. 8. & respons. 1. num. 8. fol. 458. tom. 2. & num. 12. fol. 459. & respons. 2. num. 5. & seqq. fol. 472. tom. 2. & num. 41. fol. 474.*
 Ex lege Moysi existentibus masculis feminae non succedebant, *decif. 36. lib. 9. num. 9. & respons. 2. num. 3. fol. 471. tom. 2.*
 Ex jure antiquo in Italia masculi excluderentur feminas, *decif. 36. lib. 9. num. 10.*
 Idemque reperitur sanctum in lege duodecim tabularum, *decif. 36. lib. 9. num. 11.*
 Statutum exclusivum feminarum est favorabile, idemque ad hoc ut sublineatur, sufficit sola confirmatio in forma communi, *decif. 36. lib. 9. num. 12.*
 Statutum urbis excludit feminas ad favorem masculorum, qui sint hæredes patris, *decif. 37. lib. 9. num. 4.*
 Statutum excludens feminas dotatas propter masculos, eas excludit etiam à legitima, *decif. 20. lib. 10. num. 22. & decif. 21. num. 22. lib. eodem.*
 Preterea si mandat feminas receptæ dote, nil aliud petere possit, *decif. 21. lib. 10. num. 23.*
 Statutum excludens feminam maritatum, non comprehendit viquam, quæ iterum nubere potest, *decif. 109. lib. 10. nu. 17. & decif. 100. nu. 6. lib. eodem.*
 Statutum exclusivum feminarum potest quidem efficiere, ut dos feminarum sit minor legitima, sed non potest operari, ut in dote valeat apponi onus, *decif. 14. lib. 11. nu. 14.*
Decif. ad Theat. de Luc. Vol. II.

Licet statutum exclusivum feminarum non comprehendat bona extra territorium statutum posita, tamen si testator disponendo vocaverit venientes ab intellectu ad formam statuti, tunc statutaria sanctio operatur in omnibus bonis hereditariis ubilibet sitis, *decif. 18. lib. 11. ferd per totam, & dec. 19. lib. eodem.*
 Statutum excludens feminas ab hæreditate dotantis, nec dispensans, quod unica dos sufficiat pro univerfa exclusione non extenditur ultra dotantis hæreditatem, & constituta dote à patre non operatur quoad hæreditatem fratris, *decif. 20. lib. 11. num. 2.*
 Ad hoc, ut inter statutum exclusivum, requiritur utraque subiectio, personarum scilicet, & bonorum, nec admittitur conjunctio, *decif. 20. lib. 11. num. 3.*
 Statutum exclusivum feminarum non extenditur nec de casu ad casum, nec de persona ad personam, *dec. 21. lib. 11. nu. 11. & decif. 26. num. 4. & 5. lib. eodem.*
 Statutum exclusivum loquens de hæreditate ascendentium, & fratrum, non comprehendit hæreditatem fororis, *dec. 26. lib. 11. num. 3.*
 Idem procedit, etiam si statutum habeat expressam rationem conservationis agnationis, *decif. 26. lib. 11. num. 6. & seqq.*
 Ad hoc ut ex identitate rationis in statuto expressæ possit fieri extensio statuti, requiritur, quod ratio sit eadem, tam respectu personarum excludentium, quam exclusæ, nec non etiam respectu bonorum, ita ut nullum discrimen intercedat de casu ad casum, *decif. 26. lib. 11. num. 7.*
 Statutum exclusivum feminarum non operatur ad favorem fratrum uterinorum, *respons. 1. num. 22. fol. 464. tom. 2.*
 Statutum excludens matrem, ne bona transeat in extraneas familias, non dicitur odiosum, *decif. 96. lib. 10. num. 19. & 20.*
 Statutum mandans, quod mater filio succedat in iis tantum bonis, quæ defuncto obtinerentur ex linea materna, non dicitur odiosum, nec indiget confirmatione specificæ, & efficit, ut amita excludat matrem in bonis à latere patris provenientibus, *decif. 34. lib. 11. per totam, & respons. 2. num. 394. & seqq. fol. 493. tom. 2.*
 Non extantibus, vel incapacibus existentibus masculis, cessat feminarum exclusio, *decif. 25. lib. 11. nu. 12.*
 Si masculus beneficio statuti renuntiet, vel sorores ad successionem admittant, cessat exclusio statutaria, *respons. 1. num. 17. fol. 459. tom. 2.*
 Ex lege Moysi filie non succedebant in hæreditate paterna, nisi filius masculus non extantibus, *respons. 2. num. 3. fol. 471. tom. 2.*
 Et quando non extant filii masculi, tunc ne possessiones transirent de una tribu ad aliam, & de una in aliam familiam, vetitum erat feminis non solum extra propriam tribu, sed extra propriam familiam nubere, *respons. 2. num. 4. fol. 471. tom. 2.*
 Statuta exclusiva feminarum condita dicuntur ad imitationem legis Moisaicæ, ut bona in agnatione, & familia conserventur, *respons. 2. nu. 5. & seqq. fol. 471. tom. 2.*
 Ideoque ab ea declaratione accipiendum dicitur venit, quod masculi ex femina nupta in eadem familia, sint in statu inclusi ad exclusionem aliarum feminarum nuptarum in alienas familias, & masculorum ab illis provenientium, *respons. 2. num. 8. fol. 471. tom. 2.*
 Per statuta exclusiva dicitur fieri reditus ad legem Moisaicam, & Divinam, & propterea ista ad eorum interpretationem attendi, & inspicere debet, si non tamquam lex Israelitica, saltem tamquam lex antiqua per eadem statuta renovata, *respons. 2. num. 12. & seqq. fol. 462. tom. 2.*
 Feminis in agnatione nuptis etiam jus commune favet ad hoc ut statutum exclusivum in eorum favorem interpretari debeat, *respons. 2. nu. 20. & seqq. fol. 473. tom. 2.*
 Statutum mandans, quod existentibus agnatis feminae non succedant, inducit dispositionem ad favorem agnatorum, non secus ac si ipsi vocati essent, exclusio quibuscumque aliis sub dictis verbis non comprehenditur, *respons. 2. nu. 35. fol. 474. tom. 2. & nu. 255. & seqq. fol. 490.*
 Et tale statutum dicitur favorabile, & trahi debet ad omnes casus, in quibus agnationis favor versatur, *d. respons. 2. nu. 257. & seqq. fol. 498. tom. 2.*
 Ratio tam inclusiva, quam exclusiva statuti attendi debet ad hoc, ut quis ex eo ad exclusionem aliorum succedere possit, *resp. 2. nu. 29. fol. 474. tom. 2.*
 Ratio unia statuti Florentini, per quod feminæ excluduntur, est conservatio bonorum in agnatione, *resp. 2. nu. 40. fol. 474. tom. 2. & nu. 42. & seqq. fol. 475.*
 Statutum vocans feminas agnatas ad exclusionem feminarum non agnatarum, addit dicitur favore agnationis

nis conditum, *dist. respon. 2. num. 44. fol. 475. tom. 2.*
 Quando statum fidei conditum sub unica ratione conservandi agnationem, tunc sub appellatione agrorum veniunt etiam transverfales, & de linea contentiva, *respon. 2. n. 51. & seqq. fol. 475. tom. 2.*
 Etiam diliget ultra decimum gradum, quia non per hoc desinit esse agnati, nec deficit in eis habitas conservandi agnationem, *dist. respon. 2. n. 65. & seqq. fol. 476. tom. 2.*
 Et sub hoc statuto nequeunt ullo modo comprehendi femine, quae vel monasterium sunt ingressae, vel in alienas familias nupterunt, *dist. respon. 2. nu. 85. & seqq. fol. 477. tom. 2.*
 Quando autem feminae sunt nuptae in agnatione, tunc masculi ab eis provenientes beneficio statuti potiri debent, etiam si ipsa femina succedere non possent, quando vel statutum ipsas feminas abfolvit, & semper non excludit, sed in aliquo casu vocavit, vel ratio exclusivae femininarum fuit sola animadvertitur, quod ipse non possent agnationem conservare, *dist. respon. 2. nu. 91. & seqq. fol. 478. tom. 2.*
 Imo non solum filii, sed & ipsamet feminae, quando est in agnatione nuptae, ex tali statuto non arceant, *respon. 2. nu. 105. & seqq. fol. 479.*
 Et id procedit, etiam si verba statuti sint directa in masculos, nam non verba, sed ipsa ratio agnationis attendi debet, *dist. respon. 2. nu. 110. & seqq. fol. 480. tom. 2.*
 Et non tantum ad exclusionem alienarum femininarum, sed etiam masculi agnati in gradu remotioris, *d. respon. 2. n. 118. & seqq. fol. 481. tom. 2.*
 Adducuntur rerum iudicatorum exempla in praedictorum comprobationem, *dist. respon. 2. nu. 125. & seqq. fol. 481. tom. 2.*
 Et opinio procedit nedum in feudis, fideicommissis, & aliis hominis dispositionibus sed etiam in statutis, *d. respon. 2. nu. 125. & seqq. fol. 482. tom. 2.*
 Fili feminae sicut supra cum agnatis, & in familia nuptae possunt ad effectum aspirandi ad successorem matris proximitatem, & gradum a personarum, & qualitate agnaticam a patre desumeret, *d. respon. 2. nu. 160. & seqq. fol. 484. tom. 2.*
 Ex quantis etiam mater fuisset incapax, tamen eius incapacitas illis non obest, maxime si successio aperitur post mortem matris, & ipsa veniat ex proprio jure, & persona, *respon. 2. nu. 228. & seqq. fol. 488. tom. 2.*
 Contraria opinio procederet, quando statutum ultra qualitate agnaticam voluisset etiam illam masculinitatis in singulo gradu, *dist. respon. 2. num. 214. & seqq. fol. 464. tom. 2.*
 Statutum exclusivum an comprehendat hereditatem Clerici, *Vide Clericus quoad statuta.*

STIPULATIO.

Una cademque stipulatio potest continere contractus diversae naturae, *decis. 11. lib. 7. num. 12.*
 Omnis stipulatio transit ad heredes, quando isti non fuerit expressae exclusi, *decis. 11. lib. 7. num. 17.*

STUPRUM.

Stuprator tenetur stupratam dotare, & actio transit etiam contra heredes, *decis. 41. lib. 6. nu. 1. & dec. 47. num. 3. & 4. lib. eodem.*
 Stuprator tenetur alternativè, vel dotare, vel ducere stupratam, *decis. 41. lib. 6. num. 2.*
 Et postquam via matrimonii electa fuit, non est locus donationi, *decis. 41. lib. 6. num. 2. & decis. 43. num. 2. & 3. lib. eodem.*
 Si stuprum sit commissum sub fidei matrimonii, tunc cessat alternativa, sed tenetur stuprator ducere, *decis. 14. lib. 6. nu. 4. & seqq. & decis. 44. nu. 2. ubi etiam auctoritates in contrarium, & decis. 45. nu. 2. & dec. 46. nu. 2. & decis. 47. n. 5. lib. eodem. & decis. 7. lib. 14. num. 1.*
 Contra stupratorem non datur actio ad penas inflictas à sacris Canonibus, ubi per transactionem fuerunt iniuriae remissae, *decis. 41. lib. 6. num. 8. & decis. 43. nu. 3. lib. eodem.*
 Damnum ex stupro illatum est pretio inestimabile, & melius reparari non potest, quam cum matrimonio, *decis. 41. lib. 6. num. 17.*
 Stuprator ad nihilum tenetur, si per ipsum non steterit, quin fides matrimonii per ipsum praestita executioni demandata non

fuerit, *decis. 14. lib. 6. nu. 19. & decis. 43. nu. 7. & decis. 46. nu. 3. lib. eodem.*
 Si stuprator impunitus non possit mora in adimplemento promissae fidei, contra ipsum non est locus alicui poenae, *decis. 41. lib. 6. num. 23.*
 Amplia, etiam si id proveniret ex culpa patris stupratae, qui nocet in hac materia filiae, *decis. 41. lib. 6. num. 24.*
 Stuprum plures commissum non praesumitur violentum, & ex reiteratis copulis arguitur consensus mulieris super reprobatione matrimonii, *decis. 42. lib. 6. nu. 2.*
 Consensus mulieris probatur, si in concubitu ab aliquo deprehensa istum deprecata fuerit, ne genitori factum propalaret, *decis. 42. lib. 6. num. 2.*
 Transactio super crimine stupri stipulata valet, & servanda est, *decis. 43. lib. 6. num. 3.*
 Scientia transactiois iustae super stupro probatur respectu mulieris stupratae, tam ex istius cohabitatione cum patre transigente, tum ex querimoniis, quod pater promissa non adimplebat, *dec. 43. lib. 6. nu. 3. & 6.*
 Stuprator etiam cum promissione matrimonii, tenetur stupratam dotare, si matrimonium non sequatur vel ipsius obitu, & obligatio dotandi transit etiam ad heredes, *decis. 44. lib. 6. num. 1. & 3. & decis. 45. num. 1. & 4. & seqq. & decis. 46. num. 1. & 2. & decis. 47. num. 6. lib. eodem.*
 Etiam si super stupro inita sit transactio, in qua simpliciter promissum iur matrimonium, si istud ex calu tortu sequi non possit, reviviscit actio pro dote, *decis. 44. lib. 6. num. 4.*
 Transactio facta à promissibus puellae stupratae, in qua remissa fuerit dos ob genitorum matrimonium, si istud sequi non potuit, non subsistit, quia puella remaneret enormiter lesa, *decis. 44. lib. 6. nu. 6. & decis. 46. nu. 4. & decis. 47. num. 7. lib. eodem.*
 Item dicitur levis dicta transactio, quando ex aliqua conditione fuerunt mulieri procrastinatae nuptae, quarum medio poterat unice honorem reparare, *decis. 44. lib. 6. num. 8.*
 Quando mulier patiens se stuprari, promissionem matrimonii ex parte sua per sui corporis traditionem adimplevit, nullam habet stuprator legitimam causam, ob quam matrimonium vel differat, vel evadat, *decis. 45. lib. 6. nu. 6. & dec. 7. lib. 14. num. 2.*
 Ex stupro cum etiam parentibus fiat iniuria, haec non potest à sola puella remitti, *decis. 47. nu. 7. lib. 6.*
 Stuprum non committitur, quoties procedunt sponsalia licet vir possit, arbitrio Episcopi puniri, *decis. 47. lib. 6. num. 10.*
 Dos contra stupratorem est taxanda iudicis arbitrio, *decis. 47. lib. 6. num. 11.*
 Dos puellae stupratae debetur nedum in ea quantitate, quam iuxta conditionem, & facultas habere à progenitoribus potuisset, sed adaequatae quoque debet congrua recompensa, quam macula per stuprum illata promeretur, *decis. 47. lib. 6. num. 12.*
 Stupratae debentur etiam fructus dotis statim & irrevocabiliter, & absque ulla conditione, vel obligatione nubendi, cum succedat loco alimentorum, & illi transmittuntur etiam ad heredes, *dec. 47. lib. 6. nu. 13.*
 Si pater puellae stupratae dedit causam, non promissum matrimonium cum stuprator sequeretur, licet stuprator ad dotem puellae teneatur, tamen potest se contra patrem puellae relevare, *decis. 49. lib. 6. per totam.*
 Stuprans sub fidei matrimonii tenetur stupratam ducere, etiam si fidei promissit, *dec. 7. lib. 14. nu. 2. & dec. 8. num. 1. lib. eodem.*
 Maxime quando uterque est equalis conditionis, *dec. 8. lib. 14. num. 2.*
 Desloratio probatur etiam ex adminiculis, & conjecturis, cum non sit de actibus, qui palam fiunt, *decis. 7. lib. 14. nu. 3. & dec. 8. num. 3. lib. eodem.*
 Probatur ex concubitu in eodem lecto, *dec. 7. lib. 14. num. 4. & decis. 8. num. 4. lib. eodem.*
 Ex reprobationibus ambiguis datus per stupratorem positioibus judicialibus stupratae oritur suspitio vere deslorationis, *dec. 7. lib. 14. nu. 5. & decis. 8. num. 4. lib. eodem.*
 Judiciale juramentum mulieris adminiculatum, probat deslorationem, *decis. 7. lib. 14. nu. 6.*
 Promissio matrimonii in desloratione praesumitur, si mulier sit nobilis, *decis. 8. num. 5. lib. eodem.*
 Probatur per testes etiam singulares, quando sunt adminiculati, *decis. 7. lib. 14. nu. 8. & decis. 8. nu. 6. lib. eodem.*
 Probatur per verisimilitudines, & conjecturas, arbitrio discreti iudicis pensare debentis qualiter personarum, & facti circumstantias, *decis. 7. lib. 14. num. 9.*

Repro-

Reprobatio mulieris elicitur, si sub fide, & matrimonio suam corpus tradiderit, *decis. 8. lib. 14. num. 8.*

STYLUS.

Stylus est tamquam lex servandus, & probatur per attestacionem curialium, *decis. 41. lib. 5. num. 1.*
 Item probatur ex jurata attestacione notariorum, *decis. 3. lib. 6. num. 3. & decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 9. & decis. 20. lib. 10. num. 17.*
 Stylus Curiae est attendendus etiam juri contrarietur, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 8. & 11. & decis. 23. num. 2. lib. eodem.*
 Stylus probatur ex magna copia actuum, vel instrumentorum ad ejus formam expletorum, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 10.*
 Et ex tali frequentia actuum evadit notorius, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 14.*
 Stylus servari debet, si ejus eversio urbem litibus impleteret, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 15.*
 Stylus non dicitur difformis quando res pluribus modis fieri potest, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 18.*
 Stylus ex diuturnitate temporis, actum frequentia & judiciali approbatione, dicitur sufficienter probatur, *decis. 20. la. 2. lib. 9. num. 9. & decis. 23. num. 2. lib. eodem.*
 Ad destruendum stylum non sufficit ostendere, quod aliqui actus fuerint praeter eum gesti, sed ulterius exigitur probatio, quod actus iuxta stylum gesti fuerint reprobari, *decis. 23. lib. 9. num. 4.*
 Quando agitur de stylo non respiciendo decisoria, sed tantum solemnitates extrajudiciales, tunc non est opus eisdem, quod sit confirmatus in contradictorio iudicio, *decis. 23. lib. 9. num. 5.*
 Ad excludendum stylum sufficit etiam, ut unica vice contrarium praedicatum fuerit, *decis. 18. lib. 11. num. 7. & decis. 19. num. 17. lib. eodem.*
 Ad stylum notarii possunt quandoque referri clausulae generales, nunquam autem substantia dispositionis, quia haec semper de testatoris mandato exarata censentur, *decis. 18. lib. 11. num. 8.*
 Stylus praeside probari debet de illa curia, in qua fuit iudicatum, quando ex eo praetenditur evitari nullitas promanans ex defectu alicujus requisiti à jure exoptati, *decis. 20. lib. 14. num. 5.*
 Judex appellations in decernenda validitate, vel invaliditate mandati attendere debet stylum iudicii à quo, *decis. 1. lib. 15. num. 6.*

SUBINGRESSUS.

Solvens ex proprio dotem, ministerio legis subingreditur in iuribus mulieri competentibus adversus bona fideicommissaria, etiam nulla reportata iurum cessione, *decis. 15. lib. 6. num. 4. & decis. 16. num. 1. lib. eodem.*
 Emptor solvens debita venditoris, ex pretio rei emptae nullam potest subingressionem habere, *decis. 16. lib. 6. num. 3.*
 Ad effectum tamen retinendi contra posteriores, etiam nullo accedente pacto, subingreditur in iuribus dimissis, *decis. 16. lib. 6. num. 5. & decis. 68. lib. 10. num. 20.*
 Creditor viri utitur iuribus dotabilis uxoris, quando ista pro viro fideiussit, *decis. 31. lib. 7. num. 27.*
 Et in eisdem iuribus subingreditur etiam ille, ex cujus pecuniis creditor fuit dimissus, dummodo reportaverit cessionem, *decis. 31. l. 7. numer. 28. & decis. 32. numer. 13. l. eodem.*
 Procedit conclusio, licet pecuniae proveniant ex pretio bonorum viri, quia emptor ad tuendam propriam possessionem utitur iuribus creditorum dimissorum, *decis. 31. l. 7. num. 29.*
 Contraria opinio haberet locum, vel quando ageretur de subingressu legali absque pacto, & cessione, vel quando pecuniae fuissent libere per emptorem traditae viro vel quando mulier accessisset ad tempus, *decis. 31. l. 7. num. 30.*

SUBROGATIO.

Subrogatum inducit naturam ejus, cuius loco subrogatur, *decis. 18. l. 4. num. 3. & decis. 19. num. 3. l. eodem. & decis. 30. num. 3. l. 5. & decis. 15. l. 10. num. 9. & decis. 16. num. 7. l. eodem.*
 Res emptae cum capitalibus donatis, loco istorum subrogatur, *decis. 6. l. 7. num. 2.*
 In particulari pretium non succedit, nec subrogatur loco rei, *decis. 65. l. 10. num. 9.*
 Decis. ad Theat. de Luc. Vol. II.

Limita in investimento sequuto ad formam Ballae juris congrui, *decis. 65. lib. 10. num. 10.*
 Item limita, si appareat de voluntate, & intentione subrogandi, *decis. 65. lib. 10. num. 11.*
 Subrogatio facta super corpore non libero contra mentem Principis, non subsistit in praedictum creditorum anteriorum, *decis. 17. lib. 11. num. 14.*

SUBROGATIO GRATIOSA.

Subrogatio gratiosa dicitur justificata, quoties constat de clericali impetrantia, de lite, & de obitu adversarii in possessione beneficii, *decis. 10. lib. 12. num. 4.*
 Et illis requisitis concurrentibus datur subrogatio immixtio, *decis. 10. lib. 12. num. 5.*
 Lis autem ad hunc effectum debet esse super titulo beneficii, nec sufficit super sola possessione, *decis. 20. lib. 12. nu. mer. 6.*
 Dicitur constare de lite super titulo, quando in commissione adsunt clausulae cum omnibus & singulis incidentibus, emergentibus &c. ac quae & quas, *decis. 10. lib. 12. num. 7.*
 Etiam si principio causa esset introducta super mero possessorio, *decis. 10. lib. 12. num. 8.*
 Lis dicitur introducta super titulo, si provius illud petit tamquam suum, & collatum, non tamquam conferendum, *decis. 10. lib. 12. num. 9.*
 Enunciativae impetrations, & provisionis, incidenter in prosecutione litis emissa ad colorandum possessionem, non inducunt litem super titulo, secus autem si earum narrativa sit facta in prima commissione inchoativa, & excitatoria litis cum praegnantibus clausulis, *decis. 10. lib. 12. numer. 9.*
 Si in commissione expostiva solam fuerint molestationes meream possessionem beneficii respicientes, & possessorum fuerit tantum in litem deductum, nulla habita mentione petitoris, tunc etiam virtute praedictorum clausularum, non potest dici inducta lis super titulo, *decis. 10. lib. 12. num. 10.*
 Licet in exordio commissionis fuerint tantum introductae molestationes super possessione, tamen si in conclusione fuit postulatum, causam committi indefinitè super omnibus incidentibus, dependentibus, &c. ac cum clausula quam, & quas, nec non cum mentione provisionis, & impetrations, tunc censetur iudicium introductum etiam super petitorio, non obstante quod istud non fuerit deductum ad speciem, *decis. 10. lib. 12. num. 11. & seqq.*
 Si vivente colligante litteras suae provisionis quis non expedit, lis redditur inefficax pro obtinenda subrogatione gratiosa, *decis. 10. lib. 12. num. 14.*
 Id tamen procedit, quoties lis fuit introducta, & commissio impetrata ab eo, qui litteras non expederat, secus si ab alio colligante, qui litteris non erat desitit, *decis. 10. lib. 12. num. 15. & 16.*
 Lis calumniosa non suffragat pro sublinenda subrogatione gratiosa, *decis. 10. lib. 12. num. 17.*
 Quaelibet verò causa etiam levis, & colorata, sufficit ad excludendam calumniam, *decis. 10. lib. 12. num. 18.*
 Calumnia ad hunc effectum debet esse adeo manifesta, ut nullo colore obumbrari possit, *decis. 10. lib. 12. num. 19.*
 Excluditur autem calumnia tum si quis litem introduxit de consensu capituli, tum si quis habeat aliqualem iuris assistentiam, licet conseruato, & statutum ei resistat, & fuerit conseruato in iudicio canonizata, quando talis conseruandis, & iudicari non probetur in litigante scientia, *decis. 10. lib. 12. num. 20. & 21.*
 Subrogatio gratiosa non concedi debet, nec suffragat, quando quis impetravit beneficium viventis lenio infecti, & infirmitatibus obnoxii, *decis. 10. lib. 12. num. 23.*
 Quia tamen id provenit, & fundatur in praesumpta fraude, locum non obtinet, quoties fraudis suspicio cessat, & removetur, *decis. 10. lib. 12. num. 24.*

SUBSCRIPTIO.

Subscriptio si non sit recognita, & involvat aliquam suspicionem, non debet attendi, *decis. 7. lib. 11. num. 7. & 8.*
 Limita, si sit antiqua, quia tunc recognitione non indiget, *decis. 8. lib. 11. num. 3.*
 Et sufficit meta 70. annorum ad hoc, ut dicatur antiqua, *decis. 9. lib. 11. num. 2.*

SUBSTITUTIO IN GENERE.

Substitutio prædecessum substituti expirat, *decif. 18. lib. 9. nu. 1. & decif. 16. lib. 10. num. 3. & decif. 34. num. 7. lib. eodem.*
 Vigore substitutionis, in qua vocati sunt proximiores superiores succedere possunt solum illi, qui eventiente casu fideicommissi supervivunt, & prædefuncti excluduntur una cum filiis, *decif. 1. lib. 10. num. 10.*
 Sub prima, & generali substitutione, non possunt ceteri comprehendi illi, quibus per aliam substitutionem particulariter provium fuit, *decif. 14. lib. 10. num. 22. & decif. 29. lib. 11. num. 12.*
 Absurdum est, quod quis possit dici subimit substitutus, *decif. 14. lib. 10. num. 22. & decif. 19. num. 8. lib. eodem.*
 Substitutio non dicitur purificata ad favorem aliorum, donec extat aliquis de genere prius vocato, *decif. 14. lib. 10. num. 24.*
 Discretiva locutio de una substitutione ad alteram, & inter diversas personas, non habetur in consideratione, *decif. 51. lib. 10. num. 13.*
 Substitutio filiorum facta pluribus personis intelligitur discretivè quilibet de propriis filiis, secus vero si nemo adit qui succedere possit, *decif. 62. lib. 10. num. 16.*
 Digressus ad plures substitutionum gradus ad hoc, ut dicatur adesse, considerandæ sunt substitutiones, quæ subsequuntur eam, de quo agitur, non quæ præcedunt, *decif. 62. lib. 10. num. 16.*
 Dicitur adesse, quoties casus substitutionum sunt differentes, *decif. 52. lib. 10. & 11.*
 Substitutio locus factus dicitur, si purificatio conditionis advenit, *decif. 64. lib. 10. num. 2. & decif. 75. num. 10. & decif. 91. num. 4. lib. eodem.*
 Substitutio facta in casu deficientiæ filiorum dicitur purificata, etiam si filii, non nascantur, *decif. 64. lib. 10. num. 5.*
 Substitutio subsequens, quando, & ex quibus dicitur independens à prima, ita ut à casu illius non regatur. *Vide latè decif. 73. lib. 10. à num. 6. cum seq. & decif. 75. à num. 11. & decif. 81. à num. 10. lib. eodem.*
 Caduca una substitutione caducantur etiam subsequentes cum ea dependentiam, & coherentiam habentes, *decif. 74. lib. 10. num. 2.*
 Etiam si subsequentibus fuerint additæ, & contemplatæ aliæ personæ, *decif. 74. lib. 10. num. 5.*
 In substitutionibus distinctis sequit de una ad aliam fieri extensio, *decif. 75. lib. 10. num. 17.*
 Non est inconveniens, ut ad diversas substitutiones diversæ personæ sint vocatæ, *decif. 75. lib. 10. num. 19.*
 Substitutio facta sub conditione, quod quis filios non suscipere, extenditur ad omnem casum, in quo gravatus sine prole decedat, *decif. 76. lib. 10. num. 2. & decif. 77. num. 4. & seq. & decif. 78. num. 2. & seq. lib. eodem.*
 Et specificè ad casum quod non nubit, *decif. 76. lib. 10. num. 3. & 9. & decif. 77. num. 4. & seq. & decif. 78. num. 2. & seq. lib. eodem.*
 Substitutio distributivè pluribus facta, per unicuiqueque mortem purificata dicitur, *decif. 8. lib. 10. num. 2. & decif. 65. num. 2. lib. eodem.*
 Limita, si adit persona prædefuncta, quia tunc distributa resolvitur in conjunctivam, *decif. 8. lib. 10. num. 3.*
 Limitatio non procedit, quando substitutio non solum est facta distributivè, sed etiam collectivè, *decif. 8. lib. 10. num. 4. & decif. 65. lib. 10. num. 3. & 4.*
 Et prima conclusio habet locum, etiam si instituti fuerint verbiis conjuncti, & recipere substituti, quoties tam conjunctio, quam reciproca est restricta ad casum vulgaris, *decif. 65. lib. 10. num. 6. & 7.*
 Substitutio facta pluribus non resolvitur in singularitates, quando adit persona prædefuncta, *decif. 24. lib. 10. num. 5. & decif. 65. num. 2. & 3. & decif. 66. num. 20. lib. eodem.*
 Personæ prædefunctæ ad hunc effectum dicuntur filii fratris premortui, qui sint ex liberis testatoris, & qui ab intestato substitutum excluderent, *decif. 34. lib. 10. num. 6.*
 Ex quibus aliis circumstantiis dicitur prædefunctio, *decif. 66. lib. 10. num. 21. & 22.*
 Quod substitutio facta pluribus resolvitur in suas singularitates, *decif. 66. lib. 10. num. 1. & 4.*
 Non procedit conclusio, si substitutio sit facta copulativè, *decif. 66. lib. 10. num. 2. & 3.*
 Tunc resolutio pluralitatis in singularitates admittitur, quando concurrunt præsumpta voluntas testatoris, *decif. 66. lib. 10. num. 5.*
 Secus vero si testatoris voluntas tendat in contrarium, *decif. 66. lib. 10. num. 6.*

Et de hac voluntate dicitur constare, si versetur in fidei commissio particulari ordinato super re insigni, quæ testator optavit, ut in familia conservaretur, *decif. 66. lib. 10. num. 7.*
 Resolutio pluralitatis in singularitates non admittitur, quando subjecta materia id non pariter, *decif. 66. lib. 10. num. 8.*
 Nec quando testator consideravit rem tanquam individuum, & per modum unius, *decif. 66. lib. 10. num. 10. & 11.*
 Minusque quando inter institutos adest conjunctio verbalis, & realis, *decif. 6. lib. 10. num. 14.*
 Substitutio sub conditione si sine filiis, *Vide Condicio si sine filiis.*

SUBSTITUTIO COMPENDIOSA.

Substitutio facta sub commemoratione mortis, dicitur compendiosa, *decif. 8. lib. 10. num. 3. & decif. 9. num. 4. lib. eodem.*
 Et sub se continet vulgarem anomalam, *decif. 8. lib. 10. num. 4. & decif. 9. num. 5. & decif. 15. num. 7. & decif. 19. num. 5. lib. eodem.*
 Cujus virtus est, ut quamvis caducatur intermedia substituciones, tamen aperitur via ulterioribus substitutis substituantibus in locum graduum caducatorum, *decif. 8. lib. 10. num. 5. & decif. 9. num. 1. & decif. 15. num. 8. & decif. 16. num. 6. lib. eodem.*
 Et tali casu substitutus substituto dicitur substitutus instituto, *decif. 8. lib. 10. num. 6.*
 Limita con-luonem, si secunda substitutio sit nominatim facta primo, *decif. 9. lib. 10. num. 6.*
 Vel si fit facta cum verbis denotantibus ordinem succedendi, *decif. 9. lib. 10. num. 7.*
 Vel si fuerit facta sub conditione, quæ non remanet purificata, *decif. 9. lib. 10. num. 8.*
 Quando ultra mentionem mortis adfunt in substitutione verba imperfectionis, & directæ, seu communia, tunc abque dubio substitutio est compendiosa, *decif. 9. lib. 10. num. 9. & decif. 15. num. 6. ubi etiam deficit verbum quodcumque, & decif. 16. num. 5. & decif. 82. num. 11. & seq. lib. eodem.*
 Substitutio compendiosa continet sub se pupillarem, *decif. 82. lib. 10. num. 13.*

SUBSTITUTIO FIDEICOMMISSARIA.

In substitutionibus fideicommissariis caducato gradu antecedenti, etiam subsequentes evanescunt, *decif. 9. lib. 10. nu. 2. & decif. 16. num. 3. lib. eodem.*
 Substitutio facta per verba directæ, & communia, non potest restringi ad solam fideicommissariam, *decif. 9. lib. 10. num. 10.*
 Maxime si substituta fuerit causa pia, *decif. 9. lib. 10. num. 11.*

SUBSTITUTIO PUPILLARIS.

Substitutio pupillaris facta à patre filio privat matrem legitimam, *decif. 82. lib. 10. num. 9. & decif. 8. lib. 11. num. 7.*
 Et sufficit ad hunc effectum etiam pupillaris contenta sub compendiosa, *decif. 82. lib. 10. num. 13.*
 Quod compendiosa resolvatur in fideicommissariam, quando mater est in medio, non excludatur à luctuosa filii hereditate, *decif. 82. lib. 10. num. 14.*
 Id tamen intelligitur, quoties testator se restringit ad bona propria, secus si simpliciter instituit non res, sed personas respiciendo, *decif. 82. lib. 10. num. 15. & decif. 84. nu. 16. lib. eodem.*
 Et maxime, quando concurrunt alia conjecturæ, quæ ostendant, testatorem voluisse facere substitutionem pupillarem, *decif. 82. lib. 10. num. 16. & decif. 84. num. 10. lib. eodem.*
 Conjecturæ autem sunt, si testator mentionem facit de minori, vel adulta ætate filii, *decif. 82. lib. 10. num. 17. & decif. 84. num. 11. lib. eodem.*
 Item si substituit alios filios, qui præsumuntur prædefuncti, *decif. 82. lib. 10. num. 18.*
 Insuper si mater fuit provium per alia legata continentia victum, velitum &c. cum conditione, ut nil ultra præteriret posset, *decif. 82. lib. 10. num. 19. & decif. 84. num. 13. lib. eodem.*
 Si mater fuit exclusa à tutela, & cura filiorum, destinato ad tale munus extraneo, *decif. 82. lib. 10. num. 20.*

SUBSTITUTIO RECIPROCA.

Si post mortem filiorum fuerunt substituti extranei, non mater, *decif. 28. lib. 10. num. 21. & decif. 84. num. 13. lib. eodem.*
 Clausula omni meliori modo, juncta cum aliis, deservit pro conjectura ad inducendum pupillarem, *decif. 82. lib. 10. num. 22.*
 Rejicitur hæc conjectura, *decif. 85. lib. 10. num. 26. & 27.*
 Substitutio facta in tota hereditate, & toto eo, quod relinquatur filio, est pariter conjectura pupillaris ad excludendam matrem, nam alias si mater caperet legitimam, non verificaretur substitutio in tota, *decif. 84. lib. 10. num. 14. decif. 85. num. 17. lib. eodem.*
 Limita, si filius habeat bona propria, nam sicuti respectu suorum non potest considerari gravamen restitutionis per expressionem totius hereditatis, ita nec in reliquis, *decif. 85. lib. 10. num. 24.*
 Si pupillaris fit expressa, eo magis excludit matrem à legitima, *decif. 84. lib. 10. num. 3.*
 Quoties testator habuit respectum ad pupillarem ætatem, tunc substitutio pupillaris dicitur expressa, *decif. 84. lib. 10. num. 4.*
 Quando substitutio est concepta verbis obliquis, non pupillaris, sed fideicommissaria reparata venit, etiam si adit mentio pupillaris ætatis, & facta sit sub conditione, si in pupillari ætate decederit, *decif. 84. lib. 10. num. 5. & seq. Verbum accipere est directum, & facit pupillarem, decif. 84. lib. 10. num. 8.*
 Verba volo bona mea vendi, & distribui pauperibus, an inducant pupillarem, vel fideicommissariam remissivè, *decif. 84. lib. 10. num. 9.*
 Substitutio causæ piæ est conjectura ad suadendam pupillarem, *decif. 84. lib. 10. num. 15.*
 Limita, si causa pia sit vocata sub conditione incerta, *decif. 85. lib. 10. num. 25.*
 Quando pupillaris est expressa, desumpta, vel ex verbis, vel ex urgentibus, & convincentibus conjecturis, tunc non attenditur, an testator substituendo relationem haberet ad propria bona, *decif. 84. lib. 10. num. 17.*
 Substitutio facta per verbum obliquum, seu commune vicada, abque ulla mentione pupillaris ætatis, & restricta ad bona testatoris, non pupillarem sed fideicommissariam importat, *decif. 85. lib. 10. num. 12. & 23.*
 Avia non potest nepotibus pupillariter substituere, *decif. 85. lib. 10. num. 2.*
 Si substitutio fit facta à duobus infimul quorum unus pupillariter substituere non poterat, tunc ne respectu alterius substitutio potest ceteri pupillaris, *decif. 85. lib. 10. num. 4. & 5.*
 Si testator intellexit tantum disponere de propriis bonis substitutio nequit esse pupillaris, *decif. 85. lib. 10. num. 6.*
 Quod autem de propriis bonis unum disponere intellexerit, detur ut ex eo, quod expressit velle suum condere testamentum, nam suum testamentum non potest esse testamentum filii, *decif. 85. lib. 10. num. 7.*
 Si duo de invicem institutos voluerunt, ut uno moriente hereditas recaderet ad alterum, sicuti respectu istius primæ substitutionis, nulla potest considerari pupillaris, ita neque in sequentibus factis ad favorem filiorum, & successivè post istos, & maxime si filii habeant bona propria, de quibus nulla mentio facta fuit, *decif. 85. num. 8. & seq. lib. 10.*
 Si in nulla parte testamenti pupillaris ætas expressa fuit, imò potius cogitatum fuerit de matrimonio, quod pupillari ætate non concurrat, exinde excluditur substitutio pupillaris, *decif. 85. num. 12. lib. 10.*
 Quod si duo disponant in eodem testamento, quorum unus possit pupillariter substituere, alter non, tunc debent reputari due dispositiones, ita ut possit continere pupillarem, & altera non, *decif. 85. lib. 10. num. 15. & 16.*
 Contrarium, *decif. 85. lib. 10. num. 4. & 9.*
 Licet testator expresserit, quod disponat de tota hereditate, tamen non indè trahi potest substitutio ad bona filii, maxime quando filius habeat de propriis, nisi tamen etiam de illis disponere velle aperte dignoscatur, *decif. 85. lib. 10. num. 22.*
 Qui non habet facultatem substituendi pupillariter, an possit tacite, vel expressè per viam conditionis, vel modi, pupillarem facere, *decif. 85. lib. 10. num. 20.*

Substitutio reciproca considerari non potest, ubi deficit principalissimum requisitum, quod ad ultimum ex honoratis sit tota hereditas restituenda, *decif. 8. lib. 10. num. 7. & decif. 10. num. 1. & 2. lib. eodem.*
 Verba quæ, & quom filios, & descendentes quodcumque decedentes obsequi filios ad institutum substituit, important reciprocum non solum inter primos vocatos, sed etiam inter descendentes, *decif. 63. lib. 10. num. 2.*
 Declara, ut conclusio procedat quoad activam vocationem, non vero quoad passivam, & quod reciprocum gravamen, *decif. 63. lib. 10. num. 3.*
 Reciproca non censetur inducta, si deficient tota requisita Text. in l. Titia Sejo, §. Seja libertis, ff. de legata. 2. *decif. 69. lib. 10. num. 2.*
 Reciproca inter personas ejusdem lineæ facilius inducitur, quam de linea ad lineam, *decif. 70. lib. 10. num. 2.*
 Si testator voluit, ut bona semper, & in perpetuum remaneret inter descendentes, vel transverfales de familia, & agnatione, exindè dicitur inductum reciprocum fideicommissum, *decif. 101. lib. 10. num. 3.*
 Substitutio reciproca facta solum inter institutos non extenditur ad filios in conditione positos, *decif. 55. lib. 10. num. 2.*
 Reciproca inter filios in conditione positos, & parum censetur inducta, si testator prohibuit ipsi filios alienationem, nec ullus fit datus alius substitutus, *decif. 58. lib. 10. num. 15.*
 Reciproca linearis nunquam inducta dicitur, quoties verba possunt verificari inter descendentes unicuiqueque lineæ, *decif. 67. lib. 10. num. 2. & 11.*
 Ad hoc ut reciproca linearis volita dicatur, necesse est, ut verba sint adeo expressa, ut sine ea salvari non possint, *decif. 67. lib. 10. num. 3.*
 Idque multo magis locum habet in fideicommissio transverfali, *decif. 67. lib. 10. num. 4.*
 Et maxime quando testator à principio plures personas, & lineas instituit, & consideravit, *decif. 67. lib. 10. num. 5.*
 Licet reciproca sit facta inter primos institutos, & postea testator addiderit, & eorum ancilli filii, & descendenti, ita verba repetunt quidem eandem substitutionem reciprocam, sed discretivam in qualibet lineæ, non autem linearem, *decif. 67. lib. 10. num. 6. & 7.*
 Reciproca linearis in fideicommissio transverfali non dicitur volita, nisi prægiantia verborum, & ratio reflexionis aliter non patitur, vel concurrant vehementer conjecturæ aliter non verificabiles, *decif. 67. lib. 10. num. 8.*
 Si testator etiam post institutos plures mentionem fecit de linea in singulari, censetur eos tanquam unam lineam considerasse ad effectum inducendi promiscuam reciprocam, *decif. 67. lib. 10. nu. 9.*
 Maxime, quando deficient prædicta lineæ masculina vocavit feminas, *decif. 67. lib. 10. num. 10.*
 Limita, quando ista unitas lineæ est imperceptibilis, quia agitur de masculis transverfalibus, & à diversis stirpibus provenientibus, & quando vocatio feminarum potest salvari in defectu masculorum unicuiqueque lineæ, *decif. 67. lib. 10. num. 11.*
 Reciproca inter primos institutos, prælatio masculorum, digressus ad plures substitutiones, & prohibitio alienationis, non sunt conjecturæ sufficientes ad inducendam reciprocam linearem, cum possint operari in unaquaque lineæ, *decif. 67. lib. 10. num. 12.*
 Omnis sumenda est interpretatio, ut reciproca linearis excludatur, *decif. 67. lib. 10. num. 13.*
 Ex ampla prohibitione alienationis ad hoc, ut integra hereditas deferatur ad descendentes masculos, & semper remaneat in agnatione, dicitur inducta reciproca linearis, per quam impediatur scissura, & transitus ad extraneos, *decif. 68. lib. 10. num. 4. & decif. 71. num. 15. & dec. 72. num. 10. lib. eodem.*
 Nec talis prohibitio, ac ratio dicitur tunc stare consecutivè, *decif. 69. lib. 10. num. 13. & decif. 71. nu. 17. & decif. 72. num. 12. lib. eodem.*
 Ex conjecturis potest induci, & delumi reciproca linearis, licet deficient tria solita requisita, *decif. 69. lib. 10. nu. 3. & decif. 70. num. 8. lib. eodem.*
 Si testator voluit conservationem agnationis, & quod bona semper permaneret in linea masculina usque ad ultimum masculum, censetur exindè inducta reciproca linearis, *decif. 69. lib. 10. num. 4. & 5.*

Et procedit conclusio, licet testator à principio plures lineas inivitaverit, *decif. 69. lib. 10. num. 6. & 7.*
 Inter descendentes facilius presumitur inducta reciproca linea-
 ris, *decif. 69. lib. 10. num. 8.*
 Reciproca inter primos vocatos, votum conservandæ agnatio-
 nis alienationis prohibitio, sunt circumstantiæ reciprocam
 linearem suadentes, *decif. 69. lib. 10. num. 9.*
 Reciproca linearis inducitur ex concursu trium requisitorum,
 quod scilicet omnes sint vocati, substitutio sit facta ultimo
 morienti, & in tota hereditate, *decif. 70. lib. 10. num. 3.*
 Vocati dicuntur omnes, si testator substituit descendentes ut-
 que quod aliquis ex eis extiterit, *decif. 70. lib. 10. num. 4.*
 Substitutio dicitur facta ultimo morienti, si sit facta deficien-
 te linea vel descendentiâ, *decif. 70. lib. 10. num. 5. & 6. decif. 73. num. 1. lib. eodem.*
 Ut substitutio dicatur facta in tota hereditate, non requiri-
 tur, quod id expressis verbis dicatur, sed sufficit, quod
 indefinitè de hereditate relinquentia mentio fiat, *decif. 70. lib. 10. num. 7.*
 Dignitas ad plures substitutorum gradus cum verbis perpetu-
 itatem denotantibus est conjectura suadens reciprocam li-
 neariam, *decif. 70. lib. 10. num. 9.*
 Si testator voluit, ut in defectu descendentiæ bona perveni-
 rent ad locum pium, vel alios substitutos, de necesse di-
 citur inducta reciproca inter descendentes, *decif. 70. lib. 10. num. 10.*

SUBSTITUTIO VULGARIS.

Vocatio copulativè facta de filiis, nepotibus, pronepotibus &c.
 dicitur facta per vulgarem, *decif. 15. lib. 10. num. 5. & decif. 16. num. 4. lib. eodem.*
 Ideoque per prædecessum primi substituti, alii illius locum oc-
 cupant, & subingrediuntur, *decif. 15. lib. 10. num. 6. & decif. 16. num. 4. lib. eodem.*
 Substitutio vulgaris per actum aditionis expirat, *decif. 45. lib. 10. num. 12. & decif. 63. num. 1. lib. eodem.*
 Substitutio facta sub conditione non existentis dicitur vulga-
 ris, & per solam existentiam expirat, *decif. 62. lib. 10. num. 4.*
 Maxime si concurrant verba restrictiva, & hæc restrictio non
 solum haberi potest per verba tunc, & ex casu, sed etiam
 ex aliis dictionibus æquipollentibus, *decif. 62. lib. 10. nu-
 mer. 2.*
 Talia autem dicuntur tam dictio vè, quæ apposita post ver-
 bum moriendo æquivaleret dictioni tunc, *decif. 62. lib. 10. nu-
 mer. 3.*
 Quam etiam dictio sin minus, *decif. 62. lib. 10. num. 4.*
 Quam demum verba si subsistat, quæ pariter personalitatem,
 & restrictionem inducunt, *decif. 62. lib. 10. num. 9.*
 Verbum moriendo restringit pariter ad prædictum effectum sub-
 stitutionem ad tempus mortis, *decif. 62. lib. 10. num. 12.*
 Prædicta substitutio est maxime dicitur vulgaris, quando non
 adstant verba tractum temporis designantia, *decif. 62. lib. 10. num. 12.*
 Licet vocati sub prædicta conditione reperiantur ex post gra-
 vati, exinde non inferitur, quod substitutio sit fideicom-
 missaria, quia gravamen operatur tantum casu, quod vulga-
 ris locum habere possit, *decif. 62. lib. 10. num. 17.*
 Absurdum, quod melioris essent conditionis extranei, quam
 proximiores, non attenditur pro arguenda in prædicto casu
 substitutione fideicommissaria, *decif. 62. lib. 10. num. 18. &
 19. & decif. 81. num. 22. lib. eodem.*
 Minusque suffragat, quod filii sint post in conditione, *decif. 62. lib. 10. num. 20.*
 Nec attenditur privatio in casu delicti, quia hæc pariter
 potest verificari in vulgari, *decif. 62. lib. 10. num. 21.*
 Conjectura desumpta ex qualitate legitimitatis, & naturalita-
 tis, pariter rejicitur, *decif. 62. lib. 10. num. 22.*
 Ad evitandum absurdum, quod remotiores sint melioris condi-
 tionis, quam proximiores, substitutio potius dici debet
 vulgaris, quam fideicommissaria, *decif. 74. lib. 10. num. 6. &
 decif. 81. num. 15. lib. eodem.*
 Limita, si fideicommissaria vocatio sit clara, nam tunc absurdum
 non attenditur, *decif. 71. num. 22. lib. eodem.*
 Vulgaris anomala contenta in compendiola efficit, ut eadua-
 to gradu intermedio substitutus in illius locum ingreditur,
*decif. 8. lib. 10. num. 4. & decif. 9. num. 1. & decif. 16. num. 8. &
 decif. 71. num. 2. lib. eodem.*
 Conclusio procedit etiam in filiis in conditione postis, qui
 vigore statuti censentur vocati, nam isti quoque subingre-
 diuntur in locum patris prædefuncti, *decif. 25. lib. 10. nu-
 mer. 11.*

Vigore vulgaris anomaliæ filius subingreditur in locum patris
 prædefuncti, & illi quoque personam repræsentat ad effectum
 succedendi unâ cum patris, *decif. 20. lib. 10. num. 5.*
 Limita, si testator voluit ut attendetur proximitas, & ser-
 varetur gradus prærogativa, *decif. 20. lib. 10. num. 6.*
 Item limita, si filii sint solum vocati ad portionem proprii
 parentis, nam tunc per vulgarem non substituantur ad suc-
 cedendum in portione parturorum, cum ad hunc effectum
 requiratur, ut sint vocati ad totam hereditatem, *decif. 55. lib. 10. num. 11. & seqq.*
 Substitutio descendentiæ dicitur facta per vulgarem, *decif. 63. lib. 10. num. 3.*
 Maxime si sint substituti in stirpes, & non in capita, *decif. 63. lib. 10. num. 4.*
 Et procedit conclusio etiam descendentes sint junctim no-
 minati unâ cum filiis, & istorum respectu vocatio sit fi-
 deicommissaria, quia non est inconveniens, ut una determi-
 natio respectu filiorum sit passiva, respectu vero descen-
 dentium simpliciter activa, quando in illis, & in illis
 diversâ militat ratio, *decif. 63. lib. 10. num. 5. & 6.*
 Limita generalem conclusionem, si adit verbum quancumque,
 quod importat tractum successivum, *decif. 63. lib. 10. num. 7.*
 Sed limitatio non procedit, quando verbum quancumque
 non percutit verbum substituti, sed est appositum post ver-
 bum decedentes, *decif. 63. lib. 10. num. 8.*

SUBSTITUTUS.

Ultimus substitutus admittitur, si nullus compareat de com-
 pensis in aliis substitutionibus, *decif. 59. lib. 10. num. 42. &
 decif. 61. num. 2. lib. eodem.*
 Substitutus sub duabus conditionibus alternativis ad hoc, ut
 admittatur, sufficit, ut altera ex ipsius purificetur, *decif. 65. lib. 10. num. 1.*
 Qui præterdit se substitutum fuisse, debet suam vocationem ex
 verbis substitutionis probare, *decif. 75. lib. 10. num. 15.*

SUCCESSIO.

Successio eventualis non est in consideratione habenda, *decif. 26. lib. 6. num. 10.*
 Quod recipiat æliminationem, *decif. 89. lib. 10.*
 In successione duplicatis vinculi parentelæ non attenditur ul-
 tra fratres, & fratrum filios, *decif. 21. lib. 7. num. 3.*
 Soror ex utroque latere conjuncta excludit fratres consan-
 guineos à deijuncti fratris successione, *decif. 30. lib. 7. nu-
 mer. 2.*
 Frater succedit forori sine liberis defunctæ, *decif. 15. lib. 9. num. 1.*
 Mater filio absque filiis defuncto succedit, *decif. 17. lib. 9. num. 1.*
 Succedere non dicitur, qui cum effectu non succedit, *decif. 68. lib. 9. num. 21.*
 Licet onus relinquenti per fideicommissum non diversificet suc-
 cessionem testatam ab intestata, tamen hoc procedit in fidei-
 commissio conditionali, non autem in puro, *decif. 68. lib. 9. num. 34. & 36.*
 Fratre, & sorores concurrunt in successione intestata unâ cum
 ascendentibus, *decif. 68. lib. 9. num. 10. & decif. 69. nu. 1. &
 n. 7. lib. eodem.*
 Procedit in utriusque conjunctis, non in consanguineis, *decif. 70. lib. 9. n. 4.*
 Et tale jus successio non porrigitur ultra fratres ad ulterio-
 res gradus, *decif. 68. lib. 9. n. 13.*
 Successio de jure regulari iuxta gradus prærogativam, *decif. 22. lib. 10. n. 5.*
 Et al ista iuris dispositio non est recedendum, nisi clarè con-
 stet de disponentis voluntate in contrarium, *decif. 22. lib. 10. n. 6.*
 Nepos ex filio præmortuo succedit æqualiter cum aliis filiis,
dec. 51. lib. 10. n. 4.
 Mater ad successionem filii concurrat unâ cum fratre, *decif. 96. lib. 10. num. 1.*
 Sorores, & fratres æqualiter concurrunt in successione fratris,
decif. 20. lib. 11. n. 1.
 Æquales in gradu æqualiter succedunt, sublata qualibet a-
 gnatione, seu cognationis differentia, *decif. 21. lib. 11. nu-
 mer. 4.*

Et

Et sublata etiam qualibet differentia sexus, *decif. 22. lib. 11. num. 1.*
 Nepotes ex fratre, vel sorore, concurrunt æqualiter cum pa-
 tro, vel avunculo in successione, *decif. 23. lib. 11. n. 1. & decif. 26. n. 1. lib. eodem.*
 Successio inter æquales in gradu datur in capita, & non in stir-
 pes, *decif. 22. lib. 11. n. 2.*
 Succedentes per viam representationis, quod representent solum gradum, & non personam, itaque ex propria persona gradum subintrant, atque id tam si agitur in successione descen-
 denti, quam etiam in collateralari, *decif. 27. lib. 11. n. 2.*
 Succedentibus ab intestato datur immisio ex interdicto quorum bonorum, *decif. 26. lib. 11. n. 2.*
 Si testator revocando testamentum dixerit se velle decedere in testatam, & quod in eius hereditate succederent ab intestato venientes ad formam statuti, an hoc casu successio dicitur testata, vel intestata, *decif. 18. lib. 11. per totam, & decif. 10. lib. eodem.*
 Si Statutum mander, quod mater succedat filio in ius tantum, quæ defuncto obvenit ex linea materna, tunc amita bonis provenientibus ex latere paterno matrem excludit, *decif. 34. lib. 11. n. 2. & 8.*
 Nec ad excludendam efficaciam hujus statuti requiritur, quod in hereditate defuncti concurrant bona utriusque qualitatis, *decif. 34. lib. 11. n. 3. 4. & 5.*
 Tale statutum non dicitur prospicere conservationi agnationis, sed potius reversioni bonorum ad suum principium, ideoque favet etiam feminis ex latere paterno attinentibus, *decif. 34. lib. 11. n. 5. & seqq.*
 Successio intestata debet regulari ad formam statuti municipa-
 lis, quod Civitatis testamentum dicitur, & cum quo vol-
 untas defuncti uniformis creditur, *respons. 2. num. 32. & seqq. fol. 474. tom. 2.*

SUCCESSOR.

Licet appellatio successorum legitimum possit venire quilibet successor extraneus, tamen id non habet locum, quando subiecta materia, & voluntas disponentis suadet restitu-
 tionem ad solos successores sanguinis, *decif. 7. lib. 10. n. 9. & decif. 89. n. 5. lib. eodem.*
 Et deducitur talis voluntas, ex quo in cæteris partibus dispositio-
 nis semper de sanguinis successoribus testator locutus fuit i-
 deoque etiam in conditionali, ubi successiones, vel successio-
 rum defectum consideravit, intelligi debet de eisdem san-
 guinis successoribus, maxime stante dictione relativa, ut supra,
decif. 79. lib. 10. n. 9. & 10. & decif. 80. n. 6. & 7. lib. eodem.
 Dictione successio, & successor æquivalent, ac si dictum fuisset, pro-
 lis, seu posteritas, *decif. 79. lib. 10. n. 11.*

SUMPTUM.

Sumptum de sumptu fidem non facit, *decif. 8. lib. 16. n. 2.*

SYNODUS.

Constitutio synodalis edita de consensu Cleri, tantum jus particu-
 lare ab omnibus de diebus servari debet, *decif. 14. lib. 14. num. 7. & decif. 15. num. 6. & decif. 16. num. 9. & decif. 18. n. 13. lib. eodem.*
 Constitutio synodalis approbata à Papa, debet attendi, & ser-
 vari, *decif. 14. lib. 14. n. 18.*

T

TESTAMENTUM IN GENERE.

Testamentum condere potest etiam filius familias, quando est clericus, *decif. 7. lib. 2. n. 3.*
 Concellarii attestati in re testamentaria multum defertur, *decif. 1. lib. 9. n. 11.*
 Præsertim si cum sua depositione decesserit, *dec. 1. lib. 9. nu-
 mer. 12.*
 Ex statuto Bononiæ ultra testes in testamento de jure requi-
 sitos exigitur Sacerdos, qui cum Notario testetur de sana me-
 nte, *decif. 2. lib. 9. n. 11.*
 Testamenti validitas non consistit in veritate, & sinceritate actus, sed in solemnitatibus à jure communi, vel municipalibus
 requisitis, *decif. 2. lib. 9. n. 2. & decif. 16. lib. 12. n. 17.*
 Si testamentum prudenter fuerit contractum, sublinetur, etiam si non intervererit testis à statuto requisitus ad probationem
 sanæ mentis, *decif. 2. lib. 9. n. 3. & 4.*

Formalitates, quæ exiguntur in testamento cæci, non sunt nec-
 cessariæ, si illud extiterit sincerè, & ad favorem venientium
 ab intestato, *decif. 2. lib. 9. n. 5.*
 Statutum Bononiæ non exoptat interventum Sacerdotis, vel
 Religiosi, quando testamentum est conditum favore venien-
 tum ab intestato, *decif. 2. lib. 9. n. 6.*
 Forma volita à statuto pro certitudine sanæ mentis, potest
 per æquipollens suppleri, *decif. 2. lib. 9. n. 8.*
 Nullitas testamenti probanda est testibus formiter examina-
 tis, non dicitur incontinenti justificata, *dec. 3. lib. 9. n. 11. &
 13.*
 Etiam si agatur de testibus testamentariis, *decif. 3. lib. 9. nu-
 mer. 12.*
 Attestationes testium, qui fuerunt præsentés in rogatu testa-
 menti, admittuntur tamquam coadjuvatiæ ad ipsos, *decif. 3. lib. 9. n. 14.*
 Priores testium dispositiones tamquam magis proximæ actui tes-
 tamenti præferuntur posterioribus, quæ per subornationem
 censentur extortæ, *decif. 3. lib. 9. num. 15. & decif. 5. num. 6. lib. eodem.*
 Multum confert pro validate testamenti, si sit institutus hæ-
 res, qui familiam testatoris valeat conservare, *decif. 3. lib. 9. n. 19.*
 Fraudis suspicio in testamento cessat, si testator supervixerit,
 & testamentum revocare non curaverit, *dec. 2. lib. 9. n. 20.*
 Ex conjecturis potest coadiuvari sinceritas, & bona fides tes-
 tamenti, & ista debent uniri, & simul considerari, *dec. 3. lib. 9. n. 21.*
 Testamentum, in quo notarius ad sui favorem scripsit legatum
 non remanet ex hoc vitiatum, *decif. 3. lib. 9. n. 22.*
 Error qui tribui potest scriptori, non vitiat testamentum, *dec. 3. lib. 9. n. 23.*
 Postquam testator subscriptum testamentum, & iussit publicari
 non requiritur, ut aliam verbalem approbationem faciat in ipsa
 publicatione, *decif. 5. lib. 9. n. 8.*
 In testamento verba, & quæstio dicitur esse la mta volentia, æqui-
 pollent clausulæ adum, *decif. 4. lib. 9. n. 9.*
 Observantia testamenti efficit, ut illud præsumatur verum, &
 legale, *decif. 4. lib. 9. n. 10. & decif. 5. n. 22. lib. eodem. &
 decif. 9. n. 17. & seqq. lib. 10. & dec. 10. n. 8. & dec. 33. n. 18. &
 decif. 86. n. 8. & seqq. lib. eodem.*
 Non est prohibitum blanditibus, & suasionibus, abque tamen
 violentia, & dolo, aliquem inducere ad sibi relinquendum,
 & ad testandum verum, *decif. 4. lib. 9. n. 12.*
 Verisimilitudo, & laudabilis dispositio mulem arrenditur
 ad illius veritatem suadendam, *decif. 4. lib. 9. n. 13. & decif. 5. n. 10. lib. eodem.*
 In dubio quantum fieri potest curandum est, ut dispositio sub-
 stineatur, *decif. 4. lib. 9. n. 15.*
 Testamentum juris solemnitatibus destitutum non valet, *decif. 5. lib. 9. num. 2.*
 Quando constat de præordinatione voluntatis facilius illius
 perfectio suadet, *decif. 5. lib. 9. num. 10. & decif. 6. num. 2. lib. eodem.*
 Testamentum dignoscitur à testatore dictatum, si in eo sint
 descripta ea, quæ scribens ex se scire non poterat, *decif. 5. lib. 9. n. 12.*
 Affectio animi erga heredem institutum, & aversio ab eo,
 qui erat successurus ab intestato, multum continent ad veritatem
 testamenti suadendam, *decif. 6. lib. 9. n. 3. & decif. 8. num. 5. lib. eodem.*
 Præordinatio voluntatis probatur, si testator in ipsa infirmitate
 dixerit se velle instituire eum quem ex post heredem
 fecit, *decif. 6. lib. 9. n. 4. & decif. 10. n. 7. lib. eodem.*
 Et ad hunc effectum sufficit, ut coram quavis persona testator
 voluntatem declaraverit, & jungatur actus tam antea,
 quam post emissi, *dec. 6. lib. 9. num. 6.*
 Notarius presumitur vocatus de ordine testatoris, *dec. 6. lib. 9. num. 7.*
 Testes domestici, & femine admittuntur ad probandam volun-
 tatem testatoris, *decif. 6. lib. 9. n. 10.*
 Ac etiam Legatarii, *decif. 5. lib. 9. n. 11. & decif. 11. n. 22. &
 23. & decif. 12. n. 19. lib. eodem.*
 Legatarius non admittitur, quando agitur de probando legato
 contra heredem, *decif. 6. lib. 9. n. 11.*
 Nec quando agitur de relevando testamentum per testes, *decif. 12. lib. 9. n. 20.*
 Monachus non reicitur à testificando super testamento obla-
 gatum, quod in eo fuit scriptura favore monasterii, *dec. 6. lib. 9. num. 12.*
 Maxime si ab aliis testibus adminiculetur, *dec. 6. lib. 9. num. 13.*
 Sanitas mentis in testatore presumitur, & ex quibus illa argua-
 tur, & quod attenditur attestatio Notarii, *decif. 6. lib. 9. n. 14. &
 seqq. & decif. 9. n. 7. & seqq. & decif. 11. n. 29. lib. eodem.*

Nota